

Fr. hor adagio
Fr. hor adagio

COLLECTANEA

A D A G I O R V M V E T E
R V M D . E R A S M I

Roterodami Germaniae deco
ris. Opusculum sanè in
genio summo ela
boratum.

AD LECTOREM

Habes hic candide Lector, ex Anshelmiana Typo
graphica officina, Adagia illa Erasmi Roteroda
mi, multo emendatoria, multo integriora, q̄ in
prioribus impressionibus. Dictiones præter
ea græcas sparsim huic opusculo
insertas cum apicibus suis, ac
spiritibus, artifici opera
fabrefactis, qui in aliis
huc usq; sunt
neglecti.

Addita est tabula in ipsius operis calce, quo
dicto citius querenti quodvis occurrat.

ERASMI ROTERODAMI IN ADAGIORVM
ueterum, atq; insignium collectanea præfatio.

Desyderius Erasmus Roterodamus Gulielmo Mon
tioio Comiti cum primis illustri. S. D.

ENtibi mi Gulielme, p ep̄la uerecunde etiā flagirata uolumen tuus
mittit Erasmus, & quidē iusto, utinā aut̄ eiusmodi quod uel tuis in
me meritis, uel meo erga te studio r̄ndeat, deniq; qd iudicū istud tuum
acre exactūq; non extimescat. Neq; em̄ ignoro, delicatissimo tuo pala
to, q uix etiā q uulgo laudatissima uident, satis faciant, tantum abest, ut
hac placitura sit fiducia, quae nō uero ad seuerū unguē exacta nō sunt
uerum ne primā quidē manū totā dum acceperunt. Etem cū febricula
quae nostram p̄fectionem statim exceperat, afflictaremus, non tam gra
ui, q diutina, dictauimus hæc non scripsimus, medicū interim fallentes,
ne quid oino libroru attigeremus interminanter. At ego iuxta Plyni
um perire ratus omne id temporis, quod studio non impertiatur, com
mittendum non putau, ut rem tam p̄ciosam morbus sibi totā abripe
ret, maxime, qd sine literarum cōmercio, non uideo quid hæc habeat uī
ta suaue. Intermisſis itaq; grauioris operæ lucubrationibus, hoc delica
tiore studiū genere, per uarios authorū hortulos uagatus, adagiorū ue
tustissima quæq; maximeq; insignia, uelut omnigenos flosculos decer
psi, & tanq; in fertū concinnau. Ad quod quidē negotiū suscipiendum,
partim me tum tua uoluntas est adhortata, tum Richardi Charnocian
tis tis extimulauit oratio, Deum imortalem, qua humanitate, qua inte
gritate uiri, ut q tu nobilitatis, tam ille Britannicæ religionis unicū or
namentum, ac decus mihi uideatur, partim qd augurarer hunc meum
laborem, si non gloriosum authori, ac certe lectruris, his utiq; qui trūia
li hoc sermone fastidito, uenustioris politiorisq; dictionis essent studiosi
fore, nec in frugiferū, nec iniucundū. Neq; me interim q̄yoi d̄ voi, i. pigri
alini isti, qui se carpendæ aliorum industriae natos putant, uel tantillum
cōmouebant, modo bonę mentis adolescentes hoc cuiusmodi est boni
consulerent, qd si nō ut multæ artis admiraturos, certæ ut plurimæ fru
gis libenter amplexuros confidebā. Quid enim æque conduit ad ora
tionem, uellepida quadā festiuitate uenuſtā, uel eruditis iocis exhi
larandam, uel urbanitatis sale condiendā, uel translationū gēmulis qui
busdam distinguendā, uel lniag luminibus illuſtrāndā, uel allegoriae
& allusionū flosculis uariāndā, uel antiquitatis illecebris aspergēndā
q̄ hmoi parceriarū diuitem copiosamq; suppelletilē, & tanq; p̄cenum
quendā extructū domici repositū habere, unde ad oēm rōnem cū uelis

030033135

A D A G I O R V M

de promas, qd aut scita aptaq; metaphora blandia, aut dicaci sale mor
 deat, aut acuta breuitate placeat, aut breui acumine delebet, aut nouita
 te, aut ueritate cōmenēdet, aut uarietate alliciat, aut allusione faceta ti
 tiller agnoscentē, aut obscuritate demū ipa lectorem oscitantem exper
 gesfaciat? Iam uero quis nescit præcipias orōnes tum opes, tum deliti
 as in sententiis, metaphoris, parabolis, paradigmatis, exemplis, similitu
 dinibus, imaginibus, atq; id genus schematis sita esse, quæ cū semp ue
 hementer honestant dictionē, tum incredibilem adserunt ornatū & gra
 tiam, quoties iam cōmuni consensu recepta in uulgī sermonē abierunt,
 libenter em audit quisq; qd agnoscit, maxime uero, si uerustatis cōmen
 datio qdā accedit, siq; dē adagia non aliter q; uina ab ætate p̄ciū accipi
 unt. Neq; ad cultū mō faciūt, neruos q; non minus iuuant, eoq; Fabi
 usea non solum in his numerat, quibus exhilare iudex in figuris, sed
 inter argumenta parcimā plurimū ualere putat, siue fidem facere cupi
 as, siue aduersarium, puerbali dicerio repellas, siue tua munias. Quid
 enim probabilius, qd nemo non dicit? Quem tot ætatum, tot natio
 num consensus non permoueat? Allegata hæc a me operis amore ui
 deantur, nisi res ipa clamat, ex authorū omni genere, ut quisq; maxie
 præcelluit, ita puerbiis hmōi maxime fuisse delectatum. Iam primū qd
 habet orbis Platonis, uel oratione facundius, uel philosophia diuinius.
 At is dialogos suos bone deus quantis de rebus, n̄ crebris adagiis, ue
 luti stellulis quibusdā interspersit, ut me quidem nulla p̄inde comoedia
 ut huic philosophi disputatio delectet. Tum Plautus unicē theatri de
 litix, qubiq; scaret adagiis, q; prope nihil dicit, quod nō aut a uulgī ser
 monē sumperit, aut statim de proscenio in uulgī sermonem cesserit, ut
 hac potissimū uirtute, musarum eloquio meruerit æquari. Terentius ar
 tificio Plauto superior, nō tam passim quidem prouerbiiis utitur, sed ex
 quisitoribus. An non M. Varro uir undecunq; doctissimus, prouer
 bialibus diceris adeo est delectatus, ut Satyrarum suarum tum argu
 menta, tū inscriptio[n]es non aliunde petiuerit? E quibus subinde citant
 adhuc illæ, ὅνος πέρι λύρας, τῶθι σε ἀντὸν, θίσ τῶντος γέροντες. Et
 nescis quid serus uesper uehat, & mutuum muli scabūt. Catullo sua ada
 gia adime, & leporis bonam partem ademeris. Quid? Horatii poetæ
 tum uarii tum acuti, nōne pleriq; uersus aut prouerbiales sunt, aut pro
 uerbii faciem habent? Huius æmulator Persius, cum cæteras illius figu
 ras, tum hoc decus pro uirib⁹ affectauit. Atq; Martiale, Ausonioq;
 prætermisſis, ad aliud authorum genus ueniam. Plynius secundus, tam
 multiuaga uir doctrina, q; studiose sit hoc genus ornatus secutus, indi
 cio fuerit, uel præfatio illa in historiam mundi, in qua scribenda homo
 diligentissimus mihi uideſ (iuxta Flaccū, ſæpe caput scabuisse, uiuosc

PRÆFATIO

ungues arrosisse, ac manib[us] pedibusq[ue] (qd dicitur solet) annis, ut ea q[uod] minime triviali uena scripta uideretur, eoc a capite ad calcem usq[ue], q[uod] plurimis ad agiis respersisse, uel illud, qd in amplissimo illo ope puerbia siqua incident, nō indiligenter annotauit. Adde huc, qd apud græ cos coplures extiterunt nō obscuri nois authores, q[uod] puerbior[um] collecta nea, uel ex p[ro]fesso cōscripterunt. Veluti Ap[osto]ls Byzatius, Stephanus Diogenianus. Quorū nos qdem p[er]ter noia, nihil adhuc nancisci quimus, nisi ex Diogeniani collectaneis fragmenta qdā, uerū adeo mutila, adeoq[ue] nuda, nulla aucto[r]e nomine clatura, nullis locorū indiciis, ut ex his nobis nō multū accesserit. Porro apud latinos, nemo qdem ante nos (qd scīa) hmōi negotiū tentauit, non qd operæ preciū nō putarint, cur em i stud contempserint, hi qui de singulis l[et]ris, de uerbōrū etymologia, de q[ui] rebus etiam leuioribus anxie proponendum scribentes, operæ preciū se f[ac]tū cere existimabant. Ceterum q[uod] non contempserint, uel hinc collige, qd elegantia natura uir Aul. Gellius, huiusq[ue] æmulus Macrobius. Præterea Donat, Acron cū emulatore Porphyrione, ut grecos interim cōmentatores taceat, si qm in authoribus, puerbiū subesse senserunt, nō qd pueri clamant in faba se reperiisse sunt arbitratī, sed qd uelut aſterisco p[ro]nuntandū diligenteriusq[ue] explicandū iudicarent, ut pote q[uod] nō ignoraret, ēpe numero fieri, ut duobus uerbis comprehensum adagiū, multū tenebrar[um] adferret, si latuisset, plurimū yō lucis, si scire fuisset explicatū. Hic si exē plorū, q[ui] tibi passim occurret plurima, unū aliqd regris, en tibi statim in fronte a nobis utcunq[ue] enarratū. Rideam⁹ γέλωτα & φράγμα, id qd est in ep[ist]olis Tullianis, in quas ambages, in quē errorū labyrinthum enarratores mittit. Quod si Ch̄riani ch̄riano[r]ū exemplis magis tangimur, non dubitauerim Hieronymū unū p[er] multis obūcere, cuius tā uaria tāq[ue] recondita eruditio, ut ceteri pene ad hūc neq[ue] natare (qd dicit) neq[ue] l[et]ras didicisse uideant, tanta rursum phrasis, tñ pōderis & acrimonia, tā densa multiplexq[ue] translationū & allusionū supellec[t]a, ut cū hoc cōpositos reliq[ue] theologos, Ranas Seriphias dixeris. At in huius libris plus adagiorum, q[uod] uel in Menandri comoediis inuenieris, & qdem lepidissima, ueluti illa. Bouē ducit ad ceroma. Camel⁹ faltrauit. Malo nodo malus querendus cuneus, Clauū clauo trudere, Bos lassus fortius figit pedē, Dignū patella cooperculū. Tū allegoricæ illæ noīationes. Epicurus Ch̄rianus, nē t[em]p[or]is Aristarchus, ad adagiorū naturā q[uod] pxime accedunt. Neq[ue] dissimile Basilio studiū fuisse uideo. Sed ut ad Neotericos nostra festinet orō, non uerebor Hermolaū Barbarū, Picū Mirandulanū, Angelū Politianū, uel in maximis authoribus ponere, qui suorū temporū, uel doctrina, uel eloquentia adeo non fuere cōtentū mihi cū antiquitate certamen sumplisse uideant, & haud scio an ueterū g[m]ul-

A D A G I O R V M

tos præcesserint. Picus quidē diuina quadā ingenii fœlicitate, Hermodlaus absoluta diligentia, Politianus nitore incredibili, uenerēc̄ prope dixerim plusc̄ Attica. Iis uiris cum esset cōmune studiū, ut a uulgi, hoc est sordido sermone c̄ possent longissime abessent, id ita demissē consecuturos puerunt, si prīscis adagiis, iusc̄ schematis, quæ cū hoc ḡnē cognationē habent quandam, orōnem passim asperserent. Quorū Hermodlaus usc̄ adeo impense fuit studiosus, ut nec affectionis qđem imo dicē reprehe nſionē meuerit, canc̄ nihil eruditū arbitratus quod non adagio aliquo condiret. Politianus Miscellaneis suis in quibus nihil nō exacū, & insigne uoluit uideri, neutic̄ miscuisset pleraq; puerbia, si id grāmatistarum negotiū esse iudicasset, Verū ne longius catalogum proferam, huc ois hæc tam uerbosa recensio spectat, ut quisq; authorū exquisitissime scripsit, ita parceriarū c̄ maximam curam habuisse, ne nos homunculi cōtemnendas putaremus. At exoriet interea tristis (ut aiunt) Areopagita quispīā, qui se religiosulū uideri uelit, & theologū quando bonam theologiæ partē in supciliis sedere putant, statimq; patrua censoriaq; uoce nobis obstrepens, apagesis, īget, rugas istas pueriles, nos cum fucis istiusmodi, uel uniuersam Rhetoricē tanti oīno facimus, quanti aut asinus aurū, aut gallus iaspidē. Age placemus & hoc hoīm genus, huicq; obiurgatori hunc in modum respondeamus. Si te Rheticum hoīm pudet appellarī, at sapiens at theologus optas tum esse, tum uideri. Fac interim (quod nemo cui quidem pectus sapit, sensit) sermonis curam nihil ad rem p̄tinere, uerum hoc puerbiolum orōnis genus, non oratoribus, sed sapientibus prophetis, theologis, uel p̄ prium germanūq; ac peculiare semp̄ fuit. Ne c̄ oīno aliud ex tam mūltis sunt lecuti ueteres illi σοφοί, quos utinam non tanto interuallo sapientia sequeremur, quanto loquacitate præcessimus. Nimirū ii sapientiæ progenitores, sophistica garrulitatē in tantū non sunt delectati, ut ueneranda illa philosophiæ mysteria breuissimis quibulsdā adagiis incluserint, non nihil etiā obscuritatis dedira op̄a aspergētes, adhibita, aut metaphora, aut ænigmata, aut alio id genus schemata. Eaq; non aliter c̄ de tripoде prolata passim arripiebant, perq; oīm ora uolitabant, cātatio nibus uulgaribus celebrabant, p̄ templorū forib; inscripta uisitabant, perq; oīm gr̄ciā marmoribus, atq; in æs incisa, publicis monumentis seruabant. Quo de ḡnē sunt illa, Ignē gladio ne fodias, Nosce te ip̄m, Optimū condimentū famēs, Quæ supra nos nihil ad nos. An hoc saltē non adiūteristi in hebraeorū prophetarū arcānis līris non pauca adagia & noīatim referri, totamq; illorū orōnem in puerbialibus figuris scatere, ueluti hmōi Baculo arūdineo inniteris, linum sumigans nō extinguet, In foveā incidit quā fecit, In laqueū incidit quē tetenderat, & id

P R A E F A T I O

gentis bis mille. An non legisti Salomonē regem Tyri philosophis ex hoc genere & proposuisse nonnulla, & ab illis proposita dissoluisse? An nō illius libri, quē Salomonis puerbia noiant, altissimis mysteriis refer tū, uel inscriptio ipsa cōmouit uicē legentēs? An non Ecclesiastē quē uocat, & itē alterius quē Ecclesiasticū dicitū simile argumentū admonuit? Cunctū in apostolicis literis (neq̄ em usq; adeo Scotus te capi opinor, ut has non atringas) cunctū etiā in euangelicis libris adagia frequenter occurrant, nempe hæc, canis reuersus ad uomitū, sus in uolutabro luti, aerem uerberans, cymbalū tinniens, cecinimus uobis & non saltatis, festucam de frarris oculo educis, ipse trabe in oculo habens, qua mensura mensi fueritis remetie i uobis, nunq; p pane lapidē, p ouo scorpiū dabit & oleū uidentes, cū hæc inq; quid em oīa recensēam̄ occurrunt, nunq; ne tibi uenit in mentē hoc genus sermonis non fuccus tantū sed diuinū quiddā potius habere, & cœlestibus rebus accōmodatum? Quare multis de causis, neq; futilē, neq; sterilē labore nobis suscepisse videbamur, si ad hanc sermonis rōnem, quā non sine causa tot tam eruditī, tanq; diuinī authores sunt securi, studiosos adolescentes p nostra uirili, aut instrueremus, aut certe excitaremus. His opinor rationib; censor ille placatus, aut nobis accedet, aut saltē molestus esse desiner, Reliquū esse puto, ut in ope nouo, qd secutī simus rōnem reddamus. Erunt fortasse, qui lecta statim inscriptione, coniiciunt me indocto labore qplurimas s̄rias ex authoribus hinc inde congestas, uelut in lexicon retulisse. Quod genus sunt. Oīa uincit amor. Nō oīa possumus oēs. Quot hoies tot s̄nia. Nusq; tuta fides. Nimiū altercādo ueritas amittit. Non istuc spectauimus. Neq; em quod s̄nia sit, id cōtinuo parœmia putamus, rur s̄us quod parœmia, non p̄tinus s̄niā arbitramur. Quēadmodū liuor uelut ignis alta petīt, s̄nia qdem est, non puerbiū, cōtra, ego in portu nauigo, ut puerbiū est, ita nō est s̄nia. At in uino v̄itas, pariter & s̄nia est & puerbiū. Ergo duo quædā ad hoc requiri uidentur, ut parœmia sit. Alterum ut aliqua re sit insignita clausula, aut translatione, ut cōtra sti mulū calces, quæ maxima turba est, aut allegoria, ut Dionysius Corin thi, & fuimus Troes, aut ænigmata, ut Dimidiū plus toto, aut alia quīs figura, aut breuitate deniq; lepida commoda q; si simplex sit figura, ut suum cuiq; pulchrū. Alterū, ut ea iam in frequentē oīm sermonē abierit aut theatro excepta, aut a sapientis alicuius apophthegmate nata, qd genus est illud. Anacharsis apud Athenienses solocismū facit. Athenienses apud Scythas, aut ē pocta quopiam decantata. Scribit em Macro. Homerī singula apophthegmata, puerbiorū uice antiquitus celebrata fuisse, aut ex apolo sumpta, ueluti, Parturient montes nasceū ridiculus mus, aut ex serrione cuiuspiā forte recepta, ut equus me portat, rex

A D A G I O R V M

alit, aut ex euentu aliquo & insigni tracta, sicuti illud. *Multa cadunt
inter calicem supremaque labra.* Aut ex hois gentisue moribus translata
ueluti Phalaridis imperiū, & Sybaritæ p[ro] placeā. Necq[ue] statim quæcūq[ue]
huius essent generis alba, ut dicit amissi, conuertimus, in quo uero iuxta
græcum adagiū, nec oia, nec passim, nec ab oībus. Primiū uulgo sua reli-
quimus, uno aut altero exceptis, deinde nullū ascripsimus, qd nō priscū
non aliqua grā insignitū. Ad hæc q[ui] potius breuissime, sensum & usum
tanq[ue] digito indicauimus. Sed iam priusq[ue] negotiū aggrediamur, utili-
gatoribus istis omnes aditus, tanq[ue] prefixis undiq[ue] pinnis p[ro]sæpiamus.
Qui si in his meis collectaneis eloquentiā desyderabunt. Ornari res ipa
negat contenta doceri. Si q[ui] & hic sermo, ut nimis rhetoricus offendet
adagium adiiciam, & sui putere amaracintū. Ordinem requiret alijs,
non curauit Gellius. Breuior uidebor alicui, decet breuitas annotatore
Dicar ybosior, datū est hoc impioribus. Alienæ scribere culpabor, q[ui]
sua scribit, nō scribit adagia. Obsolera qdā dicent, at uetus paroemā
commendat. Quædā, ut obscuriora displicebūt, hæc est adagiorē natu-
ra. Apertiora quædā, admoneberis, si non disces. Leuicula nonnulla, est
& iis in magna turba locus. Frigere quæpiam uidebunt, non fulget gē-
ma in sterquilino qd in anulo. Quæ per se frigida uident, in loco adhi-
bita grām hebet. Serii ridiculis, iocosi seriis minus delectabunt, scripsi-
mus uulgo. Pauciora si cui uidebunt, ista bimestri dictati uncula contra
ximus, tū uale tudinarii deniq[ue] aliud agentes. Rursum si cui nimis mul-
ta, at non pauca p[er]missimus, nec deerūt, qbus totū hoc humile minu-
tumq[ue] uideatur. Est & paruisse rebus nonnunq[ue] maxima tū laus, tū uti-
litas. Nudiora quædā adhuc ac destituta q[ui] dicit, is extremā manū pa-
tienter expectet. Hoc em̄ ea consilio emissimus, ut noui opis q[ui]s effet Ge-
nius futurus, nō maximo sumptu leuiore alea facta periculū faceremus
Si q[ui]s errata nr̄a indicabit, si quidē studio nr̄i faciet, multā a nobis feret
grām, si malitia tū audier, qui stolidē quæ non intelligit reprehendet.
Apelleum adagiū audier, ne sutor ultra crepidā. Erit cui nihil hic place-
bit, non scripsimus illi. Habes Guilielme suauissime ep̄lam uerbosam
& proverbiostam, nempe de puerbiis inq[ue] ueremur, ne uetusissim iada-
giū simus obliiti, nihil nimis, tuq[ue] iam dudum adagiorē satur, ad reliqua
non aliter, q[ui] ad Crambē recocē sis nauseaturus. Vale igit̄ generosissi-
me adolescens cum te digna cōiuge, & hoc operis futuri degustamen-
tum æqui boniq[ue] consulito. De quo si nō pessime sperabis, his ipsis que
uides accuratius eliminatis, nō pauca adiiciemus. Deinde alterum librū
addemus, nostro quidem Marte conscriptum. Huitantum adagiū inqui-
s; Non erunt adagia, sed adagiū simillima que scio te his multo
magis delectabunt. Vale, Parrisi.

¶ Quatenus utendum adagiis.

A Ristoreles in commentariis rhetorices admonuit, de adhibendis epithetis, ut Adagiis utamur non tantum cibis, sed ueluti condimentis, id est, non ad satietatem, sed ad gratiam. Præterea, ne quis inserat loco, quemadmodum enim ridiculum sit, si quibusdam locis gemmam alligaris, itidem absurdum, si non suo loco adhiueris adagium. Quod uero Fabius libro institutionum octauo de sententiis usurpandis præcepit, id totidem ferme uerbis de parœmia præcipi queat. Primum, ne quemadmodum dictum est, nimis crebriter utamur. Densitas enim earum obstat inuicem, quo minus eluceant. Quemadmodum nec pictura, in qua nihil circunlitum est, eminet. Ideoq; artifices, etiam cum plura in unam tabulam opera conserunt, spatiis distinguunt, ne umbras in corpora cadant. Subsistit enim omnis parœmia, ideoq; post eā utiq; aliud est initium. Vnde soluta fere oratio est, & e singulis non membris sed frustis collata, structura caret. Porro ut adfert lumen clavis purpureo loco inserrus, ita certe neminem deceat intertexta pluribus notis uenisti. Accedit hoc quoq; incommodi, quod crebras capanti parœmias, nonnullas necesse est admiscere uel frigidas uel coactas. Non enim potest esse delectus, ubi de numero laboratur. Postremo gratiam amittit, quicquid aut immodicum est, aut intempestiuum. In epistolis tamen familiaribus licebit, paulo liberius hoc genere ludere, in oratione seria, si cuti parcias, ita etiam accuratius adhibenda.

ADAGIA FO. I
DE SYDERII ERASMI COLLE
CTANEA ADAGIORVM VETERVM

¶ Similes habent labra lactucas.



Arcus Cicero in Action. Crassum Licinium, auto
re Luci. semel duntaxat in uita risisse scribit. Plini
us Secundus li. vii. ca. xix. Ferunt, inquit, Crassum
aut̄ Crassi in Parthis interpt̄, nunq̄ risisse, ob id
Agelastū. i. irrisiblē uocatū, sicuti nec flesse mul
tos. Hiero. cōtra Rufi. Ego certe ut tibi hoī seueris
simō risum mouē, ut imiteris aliqn̄ Crassum, quē
semel in uitā dicit risisse Lucil. sicut oīno hic Crassus multorū autorū te
stimonio, uir qđem neq̄ indisertus, neq̄ improbus, uerū nimis serius,
& amarulentus, pertinax in similitatibus exercendis, quē alii nunq̄ risi
se ferunt, alii semel duntaxat. Et qđ tandem id sicut usq̄ adeo ridiculū,
ut hoītam seuero risum excutere potuerit? Nempe notissimū dicerū
quod a multis refertur. Si s̄es habēt labra lactucas, de asino carduos co
medente. Est aut̄ lactuca herba mollis ac tenera. Aselli labris nihil sca
brius ac petrificosius. Hoc proverbio usus erit, ubi quid ineptum ineptis
obrigisse significabimus. Veluti si duro discipul. durus p̄ceptor con
tingat, improbo populo magistratus improbus. Contumelioso auctori
cōtumeliosus patronus. Rusticano ingenio rusticā literā. Vxorimo
rosae maritus morosus, & ut semel finiā, q̄ties mala malis, digna dignis
eueniunt, q̄ tñ ip̄is optima uideant, ita ut asino cardui lactucæ sunt.

Risus Sardoniū.

Cicero famili epist. li. vii. ad Fabium Gallū. Videris enim, ingt, mihi
uereri, ne si istū habuerimus, rideamus γέλωτα σαρδώνιον. i. risum
Sardoniū. Quo in loco cōmentatores sedulo qđem, quā possunt adfe
runt de herba Sardinia, quam si quis imprudens edisset, cum ridētis fa
cie emori, tñ de Tarcotella animante, cuius morsum similē interitū se q
putant. Verum hēc q̄cū reliqua epistola cohārētā ipsi uiderint, nos de
risu uerustissima qđam adagia a grēcis celebrata fuisse comperimus.
Veluti risus Ionicus in Cinēdos. Risus Megaricus in eos q̄ intempesti
ue rident, & hoc (q̄ Cicero est v̄sus) Risus Sardoniū, qđ oīm in pfusi
soluit sc̄ ridentes dicebat. De qđubitare desinet q̄ Platonis de repub.
librū primum legerit. Vbi Socrates de Trasymacho hoī fastoso, & ar
roganti. Tunc ille ingt, hēc audiēt ualde Sardonice, pfuseq̄ risit. Et o
Hercules, ingt, hēc est solita Socratis ironia. Ex his liquere puto quid
innuerit Cicero, nempe Cæsare reuerso tecl̄, minusq̄ libere iocādum
esse. Cum hoc interpt̄amento tota illa epistola, uel adamussim quadrat

D. E R A S M I

Nihil graculo cum fidibus, nihil cum Amaricino sui.

Scite & uenuste his duobus adagiis usus est A. Gel. noct. attic. extrema lucubratiōe, in hoies crassiore ingenio, amusos & prophanos, q̄ potius literas, elegatiōēq̄ doctrinā ridere possunt, intelligere nō p̄nit, q̄ ea demū iuuāt q̄ dīdicerūt sordida, muta, indocta. Id genus hoies a suis cōmētariiis, qbus nihil p̄t fieri terlius, hīmōi dīcterio tanq̄ fuisse abigit. Vetus est, inqt, ad agiū. Nihil cū fidib⁹ graculo, nihil cū amaricino sui. Estēm gracul⁹ auis garrula atq̄ obstrepera, eocq; pecul a musicis ab leganda. Necq; suillo rostro unguentū cōuenit, cui id demum bñ olet. quod coenum olet.

Sanctum dare canibus. Margaritas porcis.

In apostolicis literis legunt̄ eodē sensu. Quod studiū antigrafi fuisse video, ne philosophiæ theologieq; mysteria uulgo p̄derētur. Id Phoeni cū & egyp̄tiorū hieroclyp̄hicē literę, id Pythagorę & enigmata, id pphe trarū paradigmata, id euāgelicæ parabolæ clamitat. Nec alia mēte fuit uel Paulus, q̄ inter p̄fectos dūtaxat loquebat sapientiā, uel huius discipulus Dionysius, qui Timotheū adiurat iōib⁹ obtestatur, ne hierarchi arū mysteria uulgo cōcīet. Plaro Dionysio sup̄ nōnullis arcānis in philosophia rogatiūculis p̄ enigmata r̄ndet. Manet hodieq; uulgo tritū adagiū. Ne suis bus rosas obsperferis. Hiero. Ipsorū em̄ decretū est, non facile margaritas ante porcos mittendas, nec dāndum sanctū canibus. Simile illud ex Apologo Aesopi. Gallus iaspidem repperit.

Manus manum fricat.

Apud Platonem in Axiocho citatur ex poeta ḡp̄iam, Manus manū fricat, Da aliqd, & aliqd accipe. i. officiū accipiēs, officiū redde mutuū. Dimidium plus toto.

Inter coniuiales rogatiūculas refertur, & hēc ab A. Gel. in noctib⁹. Quid sibi uelit Hesiodiū illud in libro, cui titulus inditus ἐργα καὶ μέτρα. i. Ὀρα & dies. νήπιοι δὲ οὐ τόσα πλέον ἔμειναν παντὸς. i. Ignorant stolidi q̄ toto dimidiū plus. Enigmaticū em̄ gddam hēc uerba uident̄ habere. Citant aut̄, simulq; explicant a Platone libro tum de legibus, tum de Repub. quarto, ostenditq; poetam prudētissimū amōna quadam obscuritate, & ambage uerborū mediocritatē cōmēdasse, quam ultra citraq; nequit consistere uirtus. Nam quod totū id iam medium p̄tergressum sit oportet. Pr̄estat igit̄ medium toto. Hēc prium ab oracula profecta sententia adeo in prouerbium abiit, ut a nullo philosopho, nullo poeta non fuerit celebrata, quin hodie quoq; nemini non est in ore, orānib; rebus modum adhibendum.

Mutuum muliscabunt.

M. Varro plērisq; librorum suorū, pueriales titulos indidit, e q̄b⁹

Hicun⁹ est. Mutuū muli scabūt. Quod adagii & apud Noniū citat & in Ausonianis, Symmachis ep̄lis legit. A mulis se uicissim ore frican tibus sumptū. Quadrat in eos, quī se mutua talione mirant, ac laudant. Quorum glorioſa commercia ſalliflum ridens Flaccus, Frater (inquit) erat Romæ consulti rhetor, ut alter alterius sermone meros audires ho nores. Gracchus, ut hic illi foret, hic ut Mutius illi. Paulus post. Disce do Alcæus punc̄to illius, ille meo q̄s. Quis n̄iſ Callimachus.

Senes muruum fricant.

Non diuersum superiori sensum habet, in balneis natū adagii hoc modo. Adrianus impator ueteranū quempia seruuli pœnuria ſe mar moribus affricantem ſuspiciatus, eum & seruis & ſumptibus donauit. Quod alii ueterani ſocliciter celiſſe uidentes, cooperunt & ipli complu res ſub oculis imperatoris ſeſe marmorib⁹ affricare, ut hoc modo prin cipis benignitatem elicerent. At ille euocatis ſenibus, iuſſit ut alius ali um uicissim defricarent, ita pueris nihil opus eſſe. Qui iōcus poſtea in uulgi fabulam cefſit.

Iumenta qm̄ manibus carent, alterius frictione in d̄igent.

Scipionis Aemiliani apophthegma, in eos qui cum nihil pulchri fa cinoris gerant, opus habent, qui magna de ipliſ predicent.

Lampada cursu tibitudo.

Ex antiquissimo ludorū ritu ductū. Eos Prometheus instituisse legit hoc mō, ut eurrentes facē geſtarēt ardente, ea defatigatus proximo rā debat, is itē defessus alii, at deinceps ali⁹ alii ſucceſſione tradebant inui cem. Inde puerib⁹ lampada cursu tradere, p eo qđ eſt defeffum alteri integro, ſuas partes tradere. Velutq̄ ſigis lectioē defatigatus, qđ reliquū eſſet ab alio legi iuberet. M. Varro de re rustica. Non cursu tibilapada trado. Cice. ad Herē. Nō em̄ quēadmodū in paleſtra q̄ tedas ardentes accepit, celerior eſt in cursu cōtinuo, q̄ ille qui diſcedit, Propterea q̄ defatigatus cursu, integro facē, hic peritus impator, imperito exercitū tradit. Persi us. Qui prior es, cur me in decurſu lampada poſcis.

In eo ipſo ſitas lapide, ubi p̄co predicat.

Ex multis authoribus liquet in foro Romano lapidē fuisse editiore, vnde p̄co in auctionibus res uiginales denunciabat. Ad quā rē alludens Chryſalus ſeruus in Bacchidibus Plautinis, de ſene quē argēto defrau dabat. O ſtulte nescis, inq̄t, nunc uendi te, atqui in eo ad ſitas lapide ubi p̄co p̄dicat. Significat igit̄ quenpiam ſuipſius uenditioni intereffe.

Non eras in hoc albo.

Id eſt nō eras in hoc numero. Plinius in p̄fatione historiæ mundi. Cū hanc operā condicerē, nō eras in hoc albo. i. nondū eras in eorū nume ro, a quibus haec le genda putabam. Eodem adagio nimis ſcite uetus Po

D. ERASME.

litianus. Non recuso quin sub censurā, aleīq; ueniat, quia lectūq; hoc erit de quo scribā, dum ne sint in hoc albo duæ mihi maxime suspectæ lité rariæ pestes, inscīcia, inuidiaq;. Ab albo p̄toris tranlatum, de quo VI-
pia, ff. volu. ii, lib. iiiii. Eum quoq; edere Labeo ait, qui producat aduer-
sarium suum ad album, & demonstret, quid dictaturus sit.

Hercule i Labores.

Prouerbio dicuntur, qui aliis quidem utiles, auctori p̄t̄ter inuidiam nihil adferunt.

Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus

De uerecundia in muneribus accipiendis modestiæ obseruanda elegans ad agiū extat in Archetypis epistolæ diui Seueri, & Antonini Imp. Ea citat ab Vlpiano in primo de officio p̄consulis, eodēq; titulo in digestorū lib. pri. Verba ep̄læ h̄c sunt. Quantū, inquit, ad xenia pertinet, audi quid sentiamus, grācū prouerbiū est, οὐτε πάντα, οὐτε πάντη, οὐτε πέρι πάντων. id est. Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Nā inhumanit̄ est a nemine accipere, sed passim viliissimū, & oīa auarissimum. Hęc illi quidē. At nostri iurisconsulti omnia contra faciūt, & oīa, & passim, & ab oībus accipientes, atq; hoc quoq; parum. addē omnia passim, ab omnibus rapientes.

Lolio vititant,

Aenigmatice in eos dicitur, qui cæcutiūt. i. parū uident. Plaut. in milit. Mirū est lolio uiitare te, tam uili tritico. Quid iam? Quia Luscios Verbero, & depolitu qđem cęcus haud lusciosus. Nā lolio uitari oculos testatur. Ouid. Fast. lib. pri. Et careant loliis oculos uitiantibus agri

Cornicū oculos configere.

In actionibus est M. Tulli, etiam si mihi in p̄sentiarum locus non occurrit, pro eo qđ est ueterum inuenta tanq; nihil illi uiderint, reprehendere, & emendare. Hiero, contra Rufinum apologetico ii. Nunc uero cū uarietate regionum diuersa ferant exemplaria, & germana illa, antiquaq; tralatio corrupta sit atq; uiolata, nostri arbitrii putas, aut ex pluribus iudicare, quid uersum sit, aut nouum opus in uetere opere condere, illudentibusq; Iudeis, cornicū (ut dicitur) oculos configere. Quæ metaphora, unde aut qui in prouerbii uenerit, fateor me nondū apud idoneos autores explorati? quicq; legisse, nisi q; conieitura ducor. Cornicū uitacitatem, & concordiam huic adagio fecisse locum. Constat nimisrum Cornicem longissimæ uitæ esse auem, tum & concordie sym-
bolum. Ut is uideatur cornicū oculos uelle configere, qui ea quæ anti-
quitas magno consensu approbavit, damnare ac rescindere, conuelle-
re, & conatur.

Fuimus Troes,

Plutarchus in eo libello, cui titulus, quo laudare se quispiam inui-

dīā cītra possit, apud Lacedæmonios trifariā chorū celebrari solitū scribit. Senū puerorū iuuenū, Et senū qdem hæc erat cantio. Αμμες πότ' ἡμεν ἀλκιμονεανία. Quo significabat fuisse quondam se robustos iuuenes. Puerorum vero hæc erat cantilena, Αμμες σέγ' ἐωσ μεθα πόλη καρρόνες. Ex quo futuros lōge illis meliores se p̄fitebant. Iuuenes aut̄ sic canebat. Αμμες σέγ' ειμέν αἰδή λῆσ αὐτὸν Indicante se iam id esse, quod uel illi fuissent, uel hi futuros sperarent, eiusq; rei paratos facere periculū. Inde puerbialiter id fuisse dicebant, quod periisse significabant. Cuius generis Tragicum est illud. Fuimus Troes, i. iam nihil sumus, & Ciceronianū illud. Nos quoq; florūmus. Atq; eiusdē aliud de coniuratis supplicio affectis, uixerunt. Ad idēfa cit Menedemus Terentianus, qui habuisse se filii dicit potius q̄ habere. Et Plautinus Leno, miserrimū, ait, esse uerbū habuisse.

Quondam fuerunt fortis Milesii.

Milesiorū mollices & luxus, uel adagio nobilitata est. De quibus il lud Aristophanis in comedie, cui nomē Pluto. πόλη πότ' ἡγεμονίας μιλάστοι. Quondam fuerunt fortis uiri Milesii, ut eos iam effeminatos, parumq; uiros intelligamus.

Sexagenarios de ponte deiicere.

Ex historia natū puerbiū. Olim i Comitiis iuuenes p tumultū senes, de pontib; cāpi Martii, in qbus suffragia ferri cōsueuerūt, deturbarūt. Qua de re meminit Ouidius. Pars purat, ut iuuenes ferreū suffragia soli, Pon; ibus infirmos p̄cipitasse senes. Inde sexagenariis ferendi suffragii ius adēpētū. Mac. Sat. i. Adimere uis doctis uiris in uerborū comitiis ius suffragandi, ac tanq; sexagenarios maiores de ponte deiicere.

Crambe bis posita mors.

Crambe brassicæ herbe gen^o apd Pli. li. xx c. ix. Quā Suidas in conuiuis adhiberi solita scribir, ppter ea qd ebrietate arceat, uerū recocata adeo nauseā adferre, ut Græci in fastidii puerbum abierit, extare em apud illos hmōi adagiū δίς κραμβή θαυματός, id est, bis Crambe mors. Ad qd alludēs luue. Sat. vii. dū declamatiōis eiusdē iterū, atq; itē audite tediū innuit. Occidit, inqt, miseris Crābe repetita magistros

Ne Hercules quidem contra duos.

Hercules quondam ubi sibi unia compluribus insidias instrui sensis set non contra pugnauit, sed fuga salutē quxiuit. Inde Græci puerbiū arripuerunt. Ne Hercules quidem contra duos. Significantes neminē adeo uiribus antecellere, ut unus plurib; pare esse possit. Nec fortissimo quidem uiro pudendum esse, multitudini cedere.

Aestimare leonē ab unguibus, & alia in eundem sensum.

D. E R A S M I

Ἐκ τῶν ὀνύχων δὲ λέοντα γινώσκειν.

Est ex una quapiā, & leuicula re totius cōiecturam facere, ex paucis multa, ex paruis maxima coniicere. Velut si quis omne hominis inge nium, & mentem, ex uerbo aliquo perpendat. Solent enim illi, qui leonem ipsum nunc̄quidērunt, ex unguibus tamen ostensis. quantus sit, cōiecturam facere. Neq; dissimile huic. De gustu summo iudicare. ἐκ γάρ μαρτινώσκειν. Et de fimbria texturā. ἐκ τῆς κρασίδεως τὸν φαρμακον. De vultu Aethiopem, τὸν ἀδιόπτα ἐκ τῆς οὐτεροῦ. De fructu arborum, ἐκ τῆς καρποῦ τὸν σύνθρον γινώσκειν. De cauda vulpem cognoscere. ἡ κέρκος τῆς ἀλόπεκη μαρτυρεῖ. Hæc omnia græcis adagiorum scriptoribus referuntur.

Amussis alba.

Nullo delectu, nulloq; discrimine, qđ fieri significantes, alba amussi fieri dicimus. Est aut̄ amussis filū, quo cæmentarii parietes exēquant. Id est in Gellianis lucubrationibus his uerbis. Næq; illi oēs, & eorū maxie græci multa & uaria lectitantes, in quas res cunq; inciderant alba (ut dicit) linea sinecura discriminis, solā copiā lectatice ouertebant.

In albo lapide alba linea.

Eodem et fonte promanauit & illud apud græcos percelebre adagiu, ἐν λευκῷ λίθῳ λευκὴ σάφεια. In albo lapide alba linea. Ad hoc respexit Socrates in Charmide Platonico, dicēs se erga formosos adolescentes pinde esse, ut albā amussim in albo lapide. Propterea qđ neq; discerneret satis inter formas, & oēs ex æquo amaret. Eius inde uerba subscrīpsimus. Apud me qđē o amico nulla ppendidi, discernendiq; facultas. Profecto pinde sum erga honesta īdole claros, ac albū filū in albo lapide. ferme nanc̄ oēs eiusmodi hoēs mihi admodū placet. Pot dīcī, & in eos qui obscura obscuris, dubia dubiis exponunt.

Canis in balneo. Græci sic. τὸν κύνην βαλανεῖσθαι
id est Quid cani & balneo.

Citur pro græco, uetusq; prouerbio a Rodolpho Agricola in epistola quadā, quē ego uirū totius Germaniae publico honore nomine, nominoc̄ hoc libentius, qđ puellus huius discipulo sum usus præceptore, nempe Alexandro Hegio Vuesphalo, ut huic filii pieratē, illi tanq; nepotis debeat charitatē, uerū ne Rodolphi nostri gloriam Germanus p̄co faciat inuidiosam, Hermolai Barbari, quem nemo (ut opinor) negat inter Italos, præter summā morū innocentiam, & eruditioñis artem tenuisse, epitaphium de eo subscrībam.

Inuida clauerunt hoc marmore fata Rodolphum
Agricolam, Phrysi spemq; decusq; soli.

Scilicet hoc uiuo meruit Germania, laudis

Quicquid habet Latium, Græcia quicquid habet.

Is igitur Rodolphus in ea quam dixi ep̄la, senatus Hantvuerpiensi, summa & facundia, & fide suadere conat, ut ludo literario p̄ficiant aliquem q̄ literas didicerit, nec infanti physico, aut theologo hoc muneris cōmīcātāt, q̄ cū se, quacūq; de re dicere posse confidat, i p̄m dicere, qd sit, igno ret. Quid em, inquit, faciet theologus, aut physicus in ludo līfario? nēpe ut græci dicunt, id qd canis in balneo. In balneis nullus est canum usus. Nec admodum dissimile illud. Musica in luctu. De ioco intempestivo

Intus canere. Græci sic ἀπειθοσ κιθαριστας.

Aspendius Citharœdus.

Est p̄prii commodi causa quippiā facere, cuiusmodi Citharœdi pleriq; nunc sunt magistratus, puerbium qdē a statua quadā citharœdi sumptum, hoc habitu, ut cithara in leuā tralata, fidibus introrsum uersis nō aliis, sed sibi canere uidere. Nam q̄ populo canunt, chordas auditoribus ostendunt, non sibi. Meminit & de statua, & de puerbio M. Tul. in Verrem actione tertia. Atq; etiā Aspēdiū citharistā, de q̄ s̄epe audistis, id qd est græcis in puerbio, quē oīa intus canere dicebant, sustulit, & in intimis ædibus suis posuit, ut etiam illum ipsum artificio suo superasse, uideat. Salse pfecto Verris rapacitatem terigit Cicero, q̄ iatus canente in intimis ædibus collocarit, ut citharœdus ille quidem intus cecinerit. At Verres intime. Nec minus apte eodem est usus prouerbio in Rullū contra legē agrariā. Atq; hoc carmē, inquit, hic TriPli, nō vobis, sed sibi intus canit. Ostendit em in ea oratione Cicero eam legem tametsi popularis uidere, haud tñ populi, sed decemuirum utilitatē repertam.

Spartum rodentes.

Σχοινοὶ ψώλε. id est, Spartū rodentes, prouerbiū uice dicebatur ut Varrōi placet in ignauos. Sūprū a pictura Socratis, cui opa recēs Ply. li. iii. ca. v. Et piger, inquit, qui appellat Ocnos, spartū torquens, qd asellus arrodit. De eodem sensit Proptius his uersibus. Dignior obliq; funem qui torqueat Oculo, & eternusq; tuam pascat aselle famem. Fert aut̄ idem picturæ genus, & Delphis fuisse a Polygnoto Thasio dicatum. Quo quidem negat desidē, & ignauū significatiū, imo laboriosum, & in dustriu portius, sed cui uxor sit prodiga. Eoq; Pausanias ait non marem asellum, sed foemina pictura fuisse. Idem argumentū marmore cælatum Romē duobus uisitari locis, in Capitolio, & in hortis uaticanis, Hermo laus est testis. Ocnos igitur onos. i. pigros asinos recte appellaueris, qui nō ipsi modo nullam bonam frugem adserunt, verum etiā aliorū labores corrumpunt. Hieronymus exempli causa spartum torsit, & hi qui eius opera depravarunt, Ocnis fuerunt. Quo noīe bona pars eorū qui

D. E R A S M I

literas p̄fitem̄ sunt digni. At hoc interim mirū, cur Plynus eū pigrum appellari scriperit, q̄ spartum torqueret, & nō asellū arrodentē. De eo dem Ocno Pau sanias in Ionia huiusmodi puerbiū increbuisse scribit
Ruāzei ὀκύς τὸν θώμα γνω. i. Contorquet Ocni funiculum

Inter sacram sum, & saxum.

Quod ad agm̄ de perplexis, & ad extreム periculum redactis, inde forte defluxit, qd̄ olim patres patrati saxo uictimā seriebant, q̄ foedere nihil habebat saeculus, in uiolatiusq; Sic em̄ apud Plautū Tindarus, unq; e duobus captiuis iam deprehensis. Nunc ego omnino occidi. Nunc ergo inter sacram, saxumq; sto, nec quid faciam scio.

Afinus stramina rnautile q̄ aurum.

Heracliti apophthegma in proverbum celsit, ὅτι συρματα αὐτέλθαι μάλλον εἰ χειρῶν. i. Afinos magis stramina optare q̄ aurum Instolidos, quibus pessima pro optimis placent.

Afinus inter simias. *Oyoσ ἐν πληκτοῖς,*

Menander in comedia cui Plotiū titulus, maritum de uxoris iniuria grēntem inducit his uerbis. Tum me cunctis noctum sic faceret uxor Hera meoq; denotaret in uultu. Afinus inter simias fierem (uti alius) i. ut oēs me ludibriō haberent. Constat simia esse apialium oīm perulantissimam, ut leonē etiā audiret per contumeliam exigitare, natibus illius insidens. Idē hodie vulgo dicunt simili metaphora Noctua inter cornices.

Dies omnia reuelat.

Tertullianus in apologetico cōtra Ethnicos. Bñ aūt, inq; qd̄ oīa tēp̄ reuelat, testis̄ etiā v̄ris puerbiis atq; sententiis. Ex qbus Tertulliani uerbis colligere licet. Sophocleos illos senarios in puerbum oīm trāisse. Quos A. Gel. in noct. refest. προταῦτα κρυπτεμένου, ὡς ἀπόφθεμα. C. παγυτ' ἀκούοι παγυτ' αὐταὶ πάτερε χεον. i. Hic nihil occulta qn̄ cūcta coruēs. Et cūcta audiēs oīa reuelabit dies. Addit Gellius a poeta puerilio, cui nomē sibi nō occurrit scriptū, Veritate Tp̄is esse filiā ppterēa qd̄ uerū nūq; ppteruo latet. Aliqñ erupit, uel tempore eruente.

Quam quisq; norit artem, in hac se exerceat.

Hanc sententiā græcis in proverbio fuisse, uel Cicero ipse testis est in Tusculanarum disputationib; primo lib. eius hæc sunt uerba. Sed hic quidem, quis eruditus sit, sicut est, hęc magistro concedat. Aristoteli, canere ipse doceat. Bene enim illo proverbio Græcorum præcipit. Quā quisq; norit artem, in hac se exerceat. Similimum est illi, quod alio loco posuimus. Ne sutor ultra crepidam.

Aurum lapide auromens hominum exploratur.

Inter multas Chilonis Lacedaemonii sententias, hęc potissimum eru-

ditos delectauit. Cote quidem & indice (sicemis lapis latine dicit) aurum
examinari, verum ne sit, an adulterinum. Verum auro dignosci homines
boni ne sint an contra. Quae sententia potest & in hunc modum esseri. Co-
te aurum explorant homines, at ipsi hoies auro explorantur.

Ne Momus quidem haec carparat.

De re uchementer absoluta atq[ue] irreprensibili. Plato in libris de Re
publ. philologicae studium, ne a Momo quidem carpi posse dicit. Erat
autem Momus reprehensionis deus, qui Veneris sandalium reprehendit,
postq[ue] in ipsa. Venere, nihil inueniret, quod reprehenderet.

Diomedea necessitas.

Plato de Republ. li. vi. Diomedea (ut aiunt) necessitate cogetur ea fa-
cere, quae isti probauerunt. Significat autem necessitatem ineuitabilem.

Sutorium atramentum.

Cicero ad Pætum li. epi. ix. Iam pater eius accusatus est a M. Anto-
nio, Sutorio atramento, absolutus putat. Subesse pueriū uidetur, uerum
obscarius. Significat absolutum esse reū, iudicū corruptela, non sine infa-
mia tñ. Est emēiusmodi atramentum sutorium, ut neq[ue] magnopere atra
notam imprimat, neq[ue] nullam tamen illinat maculam.

Fucus facere.

Est dolosa imagine fallere. Terenti⁹. Fucus factus mulier⁹. Cicero ad
Quintum fratrem. Sieum qui tibi promiserit lucu (ut dicitur) facere uel
le senieris, ut te id audisse, & scire dissimiles. Vnde fucus pro simulatio
ne accipimus. Et officias pro obscuratione rei.

Calculum reducere. Apponere calculum.

Mirum nō prouerbialis est metaphora, qua Oic. usus est in Hortensio
Nonio teste. Itaq[ue] tibi cōcedo qd̄ in duodecim scrupulis olim, ut calculū
reducas, si te alīcujus datipoeniteat. Tranlatum apparet aut a ratiocina-
tibus, aut certe a latrunculariō tñ. Est igitur calculum reducere, reu-
care, si quid imprudentius concesseris, mutareq[ue] factum, cuius te poenit-
teat. Id propernōdum exponens Politianus. Qm, inquit, mōti semel poe-
nit, concedi sibi postularet, ut calculū reduceret. Prōuerbiū similitū
est & hoc. Apponere calculum, pro eo qd̄ acteſſionem adiungere, a ra-
tiocinantibus deductum. Ut & li iam olim amas plurimum, tñ & hinc
calculum ex mea commendatione uelim accedere. Et albus calculus, p
studio & fauore apud Plinium Cecilium.

Qui dígito scalpunt vno caput.

Prōuerbiū est uersiculus, primum a Caluo poeta in Pompeiū scri-
ptus. Deinde in oēs partiueros tranlatum. Extat autem apud Iuuenalem
Manibus pedibusq[ue] niti. Oibus neruis. Noctesq[ue] diesq[ue].

Prōuerbiū est comicum, q[uod] uellem admodum conatus significat,
ut p[ro] manus industriam efficiendi, q[uod] pedes celeritatē intelligam⁹. Dau⁹

D. ERASMI

In Andria Teren. Ego hoc Pamphile pro seruissio debo, conari manibus pedibusq; & nerois intendere ad eundem sensum pertinet. Cice. ad Qu. Fratrem. Sic contendit oibus nerois & facultatisbus. Itē qm p̄petuum affiduitate intelligi uolumus, dicimus noctes, diesq; nos q̄ppiam facere

Remis ac velis.

Festinationis cuiusdam mirificæ significatione habent hæc adagia. Plautus in Asinaria, Remigio, ueloc; quātum poteris, festina, & fuge. i. q̄ ocyslime. Et alatis pedibus fugere, in uulgaris sermone est. Et volare pro festinanter ire. Inuenit & hoc, velis equilq; pro q̄ ocyslime.

Vertere vela.

Pro eo quod est in diuersum mutare sententiam, atq; institutum, a navigatione sumpta metaphora. Plautus in Epidico. Vt tunc in alto ventus est Epidice, eximo velum uertitur. Quam sententiam Terentius omisso figura extulit his verbis in Hecyra, eamq; Donatus catholicam esse monet. Profecto hoc sic est, ut puto, omnibus nobis ut res dant se, ita magni, atq; humiles sumus.

Terræ filius. Cœli filius.

Veteri proverbio homines obscuro, ignobilique genere prognati terē filii nominabantur, propter ea quod terra sit communis omnium rerum parent, quilibet uirtute sua nobilitatem peperissent, noui homines dicebantur, Persius. Praesto est mihi Manius haeres, progenies terræ, quære ex me quis mihi querias. Si pater, haud prompte dicam, tamē adde etiā unum. Vnum etiam, terræ est iam filius. Cice. ad Atticum. Et huic terræ filio, uelicio cui committere epistolam rantis de rebus non audeam. Idem ad Trebatium. Cornelius quidem tuus familiaris summo genere nat⁹, terræ filius. Et Juvenalis. Vnde sit ut malum fraterculus esse gigantū, ad proverbiū alludens. Siquidem gigantes terra progenitos poetæ fabularunt. Itidem homines ignotos, & subito apparentes, cœli filios vocabant, ueluti e cœlo demissos. Cuiusmodi apud Mosen Melchisedec sine patre, sine matre inductus est.

In luto hærent. Hærent in salebra.

Teren. in Phormione. In eodē hæsitas luto. A uiatoribus tranlatum. In luto aut siue in salebra hærente dicunt, q̄e re pplexa & impedita explicare ne queunt. Quicadmodū q̄ in luto hærent, si alterū educant pedē altero altius immergunt. Rursus ut huc extrahant, alter est infigidens.

In aqua hæret.

Prior in hoc id dissimile est apud Ciceronem officiorum lib. iii. Dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua hæret, ut aiunt. Significat autē Epicurum parum secum disputatione constare, se q̄ ipsum intollerante, dum ea quæ dicit alibi, pugnant cum his, quæ alibi dixit. Itaq; fluctuare, ne q̄ in solidō consistere.

Seimper aliquid noui adfert Africa & Φέρει τὰ λίθινα
κακά. Semper fert Africa mali quippiam

Quod quidem in eos dici potest, qui nouas res sump, aut moluntur ipsi,
aut renunciant. Vnde natū sit adagii. Ply. in natu. hist. lib. viii. ca. xvi.
ad hunc modū exponit de leonibus agens. Magna, inquit, his libido coi-
tus, & ob hoc maribus ira. Africa haec maxime spectat, inopia aquarū
ad paucos annos cōgregantibus seueris. Ideo multiformes ibi animalium
partus, varie formis cuiuscumque genere mares aut uirilis uoluptate miscentes
unde etiam vulgare græcis dictū. Semp. aliqd noui Africam afferre.

Quot seruos habemus, cotidem habemus hostes.

Id adagii positū est a Macrobi, in cœnarū Sat. lib. primo. his quidem
uerbis. Vnde putas arrogantissimi illud manasse prouerbiū, quod fa-
ctū, cotidem nobis hostes esse, quot seruos? Non habemus illos hostes
sed facimus. Quæ sententia huc pertinet, ne quid illis tanq; amicis fida-
mus, qui nos metu colunt non amore, ne nobis tyrannicum illud pla-
ceat, oderint dum metuant.

Sophocles Laudicenī.

Quod prouerbiū, ut pleniū intelligamus, liber ipsius Plinius Cæcilius
uerba paulo altius referre, qib; fallitissime proflus q̄rundā adolescentū
ridiculam ambitione describit. At Hercule inquit, ante memoriam meā, ita
maiores natu solent dicere, ne nobilissimis quidē adolescentibus locus
erat, nisi aliquo consulari producente. Tanta ueneratio pulcherrimū
minutus celebatur. Nunc refactis pudoris & reuerentiæ claustris, omnia
patent oibus. Nec inducunt, sed irrumpunt. Sequuntur auditores acto-
ribus similes, conducti, & redempti manipes. Continentur a conductis
& redemptis, i media Basilica, ubitā palam sportulæ q̄ in triclinio dant.
Ex iudicio in iudicium pari mercede transiit. Inde iam nō inturbane-
τοφολεῖς ἀπὸ τοῦ Φούσ καλεσθήτι. uocantur ii, qui dicēdi laudem
inaniter affectant. Sophocles em̄ græce eum sonat, qui sapiens uocatur
& Laudicenī qui ad laudem dicat, quancūq; in priori allusio est ad poe-
 per ranas, quibus uinū non sapiat, cum & Seriphie ranas, hoies infantissimi, qđ ab eloquentissimo patrono defendi non conueniebat.*

D. ERA S M I

Acanthia cicada

In Eolia urbs nomine Acanthon, circa quam cicadas mutas esse Stephanus est author. Inde prouerbium. Ακανθίος τέττης. id est Acanthia cicada. In homines nimium taciturnos.

Rana aqua. Cato pingue. βάταχος οὐδερός γαλήνη τὸ σέρπινον.

Quoties id ministratur, quo qui accipit delectat maxime, Rana aqua Cato seu feli scutum datum dicimus.

Malis percutere. βάταχον μελλοῖσι.

Idem est quod muneribus corrumpere. A fabula Atalantæ, & Hippomenis contemptum, qui proœctis malis aureis uirginem alioqui insuperabilem superauit.

Noctua uolauit. οὐλαχεῖς νῆσται.

Vbi negotiū felicius succedit, noctuam uolasse dicimus. Nam noctua uolans apud Atheniensis uictoria erat augurium.

Annosam arborem transplantas

Τερπάνος αρβύνει περιπλάκα μεταφέρει. id est, Veterem arborem transplantare, dicit is, qui iam senem ad nouum uirae institutum uocat. Quod uulgo & hodie dicunt, Veterum canem uix loris alluescere. Qua in re nōs olim multum olei, & impensæ perdidimus.

Terra onus

Γῆς βάρος, id est, Terra onus. De hoībus nulli bonæ rei utilibus.

In syluam ligna ferre.

Esteosuelle augere, eo quo maxime abundant. Hora. in sermonibus Atq; ego cum græcos facerem natus mare citra Versiculos, uetus me tali uoce Quirinus. Post medium noctem uisus, cum somnia uera. In syluam non ligna feras.

Tertius Cato, Sapientum octauus.

Ironice in homines tetricos dicuntur, quicq; sibi uehementer uidentur sapere. Ituinalis. Tertius e cœlo cecidit Cato. Nam duos Catones coe lo demissos creditum est, ut bellum cum uitiis gererent. Horatius. Hæc Stertinius sapientum octauus. Septem enim apud Græcos numerantur sapientes.

Secunda meliora. Δευτέρων ἀμείβων
νόμοι, id est Secundis melioribus.

A sacra facientibus translatum, qui sacrificium iterare consueuerunt, si quando prima hostia non litassent. Testis Cicero libro de diauinatione secundo. Idem monetur hoc græco prouerbio, quod euangelica parabola de amico, qui noctu amici pulsavit ostium, ac res paucis improbe petens accepit.

Eadem pensaberis trutina

Ea lege tecum agetur, quā tu cum aliis egeris. Hora. in sermonibus.
Hac lege in trutina ponet eadem. Idem in epistolis. Romani penitantur
eadem Scriptores trutina. Similis huius evangelica metaphora. Eadem
mensura qua emeti emini, remetetur uobis. Utraq; translatio accōmō
datissima. Quin & Persius Horarium, ut solet exprimens. Examenū in
quit, improbum in illa Cātīges trutina.

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri

Prouerbialis est uerlus apud Horatium in epistolis in eos, qui manū
festo falsa pro ueris affirmant & confessi negant. Nam cum huiusmo
di hominē genere non est disserendum. Constat aut̄ inter sanos, & extra
in nuce duri esse aliquid, & intra oleam.

Ire per extētū funem

Est rem p̄difficilem faciū facere. Parum liquet unde translatum, etiā
Acron a funambulis iūmptū uidetur, qui per funem prætentum
inambulant. Hora. Ille per extētū funem mihi posse uidetur, Ire poe
ta, meum qui peccus manifer angit.

Propria uipera cædere.

Dicit̄ is, q̄ semetipm suolq; carpit ac lacerat. Hora. Multa qdem no
bis facimus malā multa poete. Ut uineta egomet cædam mea.

Zonam perdidit

Castrense prouerbium in eos, qui nihil habent. A græca fabula traſtū
Acron admonet. Porphyrius a militū cōsuetudine, qui q̄cquid habet
in zōna ſecum portant. Est aut̄ apud Hora. in ep̄lis. Ibit eo quo uis, qui
zonam perdidit, inquit.

Taurum tollet, qui uitulum fustulerit

Politia. in Miscellaneis. Hinc etiam puto hātū puerbium illud, ut di
cat posse Taurū tollere, qui uitulū fustulerit. Refertq; ibidē Quartillæ
ybā ek Periōnō. Iunonē meā iratā habeā, si me unq; meminerim tūrgi
nem fuisse. Nam infāns cum pātib⁹ inquinata sum, & subinde p̄deūn
tibus annis, maiorib⁹ me pueris applicui, donec ad hanc ætatem per
ueni. Ex quo sensus prouerbii ūplet, uidelicet, Mājorā peccaturū mai
rem, qui puer minorib⁹ uitiis affluerit.

Narthēcophori multi, Bacchi ueropauci.

Πολλοὶ τοὶ ναρθηκόφοροι; τῶνοι δὲ Τεβάκχοι

Apud Platōnē legit̄ in Phœdone, a Bacchanaliū c̄erimonius translā
tum, in quibus omnes quidē Thyrſos. i. hātas uirteas Bacchi in ligno ge
stabant, bacchi tamen non oes erant. Conuenit in eos, qui insigni virtu
tis ac eruditio[n]is habent, necq; uirtutem, necq; doctrinā habentes. Perin
de ac si dicas, non omnis theologico pallio insignitus theologus, necq;
omnes pīlecti literas sciunt, necq; omnes cucullati monachi sunt.

D. ERASMI

Iusticia iustior. Libra æquior.

Δικαιοτέρος σταχάνης. Νίκης Δικαιοτέρη. Vtrungq; de his dicis,
quos admodum iustos & æquos significamus.

De pilo pendet *G. in prologa*

ἐκ τιχὸς κρεμᾶται. Ex capillo pendet. De rebus uehementer du
biis & pīculosis. Quod uerbū uel hodie uulgo nostrati in ore est.

Elupi fauciibus eripui.

ἐκ λύκος σομαρψ ἀφελός. De his qui præter spem, rem prope
modum amissam recipiunt. Veluti si nos pecuniam a præfecto littoris
Donariensis receperissemus.

Non capit murem Elephantus.

Ελέφας μῦρον αλλοκότη, id est Elephantus murem non capit.
id est hi, qui magno sunt animo, res minutus negligunt.

Elephantum ex musca facis.

Ελέφαντες ἐκ μυιας πολεῖσ, id est Elephants ex muscis facis. Cō
uenir in eum, qui parua sermone amplificat. Simile est illud, Paruo pedi
calceos magnos circundare.

De lapide emptus.

In hoīem obscurū, uilissimūq; dicit. Nam emptiti serui infime notae
erant. Cicero. Preter diuos de lapide emptos, a preconis lapide sumptū.
Simillimum est græco illi, cum sale emptus.

In eadem es naui.

Hoc est, in cōs pīculo. Translatū ab his, q; eodē nauigio uehunc ad q;
omne periculum communiter pertinet. Est apud Cice. in epistolis.

Lari sacrificant proteruiam fecit

De his quoq; dici potest, q; edaciōres sunt coiuiae, quicq; conuiuio
apposito nihil reliqui faciūt. Ex hmōi emā sacrificēhore, nefas erat quicq;
efferri. Simillimum huic est Catoni illud, in quendam q; patrimonii uni
uersum absumperat, excepta domo una, quæ incendio conflagravit.
Hunc hoīem Cato proteruiam fecisse dicebat, quod genus sacrificii est
eiusmodi, ut reliquias igni absumi sit necesse.

Delphinum cauda alligas.

Δελφίνα πεδστον δέσ.

Græcum adagium in eos, qui teneri non queunt. Quod hodieq; uul
go dicitur. Anguillām cauda tenes.

Inuenio urso uestigia insequeris.

ἀρκτος πεδσγης ταὶ τιχνὶ κατεῖσ.

A timidis venatoribus translatum in eos, qui præsente eo quem de
beant ulcisci, alias nugas agunt. Simile est illud Platonis in legibus. De-

cane in lapidem iacium sœuiente, eo qui iecit omisso.

Cocta numerabimus extra

Hoc Diomedes grāmaticus pro prouerbii exemplo posuit. Eiusq[ue] hunc esse sensum scripsit, ex euentu sciemus.

Nescis quid uesper serus uehat.

Ex Menippis Satyris M. Varrōis liber est, telle Gellio lepidissimus cui titulus est. Nescis quid serus uesper uehat, que prouerbiale esse, sicuti sunt pleriq[ue] alii, propterea ne minni dubium uideri. Quod graditer monemur, ne præsentī propteritati futuri curam abiiciamus.

Ad uiuum, summo iure.

Id est, ad cutem usq[ue], ita loquimur, nimis exactā rōnem significantes uidelicet cum rem nimis acriter urgēmus. Thrasymachus apud Platōnē Socratem sycophantē appellat, i. calumniatorem, qd orōnem suam ad nimis exactam rōnem exigat, deprauans potius recte dicta, qd incāutius dicta, in meliorem sensum trahens. Addicq[ue]. Quare secundū exactā rationem, quando & tu ad uiuum rescas nullus artifex peccat. Nec huic dissimile illud apud Ciceronē pro Cecinna. Nam cæteri, inquit, tū ad istam orōnem decurrunt, cum se in causa pītant habere æquum & bonum, quod defendant, si contra uerbis & literis, & (ut dicitur) summo iure contenditur, solent eiusmodi iniquitati, & boni & æqui homēndi gñitatemq[ue] opponere. Est igitur summo iure contendere, leges ad uiuum, & nimis seueram rationem exigere, unde & illud. Summum ius summa malitia.

Boni ad bonorum conuiuia, uel in uocati accedunt.

ἀντόματοι Δ' ἀγαθοὶ ἀνθρώποι πεπάντας οὐτε ταῖς οὐτε ταῖς.

Græcū adagii apud Platōnē in conuiuio, ubi Socrates Aristodemū ad Agathonis conuiuū una adducens. Sequere me, inquit, ut puerium transgrediamur, Illud in hunc modū mutantes, quod ad bonorū homēm coenas, boni homines etiam non in uitati proficiuntur.

Canis a corio nunq[ue] absterrerbitur.

In Horatianis est sermonibus, in eos qui lucrī cupiditate, turpitudinem libenter admittunt.

Crescentem tumidis infla sermonibus utrem.

Id eadem est Satyra de iis, qui per assentationem, & falsas laudes, stultis animos erigunt.

Cristæ surgunt

In eos dicitur, qui sibi stulte placet, se ipsos mirant. Ab autib[us] traetum. Iuue. Quid apertius, & tamen illi Surgebant Cristæ.

Subsidunt pennæ

De his dicitur, qui animos demittunt, sibiq[ue] placere desinunt. A pa

uonum cōsuetudine dicitur. Iuuena. Ut tamen omnes Subsidant pennæ

D. ERASMI

Gygis anulus. γύγης ακτύλιος.

A Gyge illo que Glauco apud Plato.ii.de repu.lib.singit,duat pro
uerbium,in eos qui miris machinis & occultis dolis rem conficiunt.

A duce muliere ducitur mulier

Ευνή σφεα. ηγένη γυναικίσ φατείτη.

Græcum adagium in meticulosos.

Tam nudus, q̄ ex matre

γυμνός ὡς ἐκ μητρός. Nud⁹ ut ex mīte, de uehemēter agēte dicit.

Anus uulpes non capit γραῦς ἀλώπηξ οὐχ ἀλισκεταῖ.

In longo rerum usu callidōs, græci dicebant, aut in eos, qui muneri-
bus corrumpi non possunt.

Iouis cerebrū. θύες ἔμι φαλος.

In eos dicebat, qui genialiter uiuerent, ppteræa qd apud Persas lau-
ta, sumptuosæq; epulæ Iouis cerebrum uocarentur.

Rusticanum oratorem non contemnas

ἀγροίκος μη καταφροῦε βύζαρος.

Id est, Hoiem quis inferiorē fortuna, ne despicies. Græcū & hoc.

In tenebris saltas. ἐν σκοτῷ ὁρχειάς,

Id est, sine teste laboras.

Sibi canere

Est ad suam uoluptatem, non aliorum iudicium quippiam facere.
Hieronymus. Dignus qui sibit tantum canat & mulis. Et in Platonis cō-
uiuio, sibicina sibi iubetur canere.

Aestate iestem deteris. ἐμ θέρι τὴν χλωναρ καταβίσεις.

In stulte profulos dictum, qui sine caula prodigunt, atq; ibi ubi sum-
ptu est opus egent.

In triuio sum. ἐμ τρίοδῳ εἶμι.

In perplexos conuenit, & dubitantes qd potissimum sit agendum.

Mercurius non doctus. ἐμμῆς ἀμύθιτος.

Contumeliosum adagium in eos, qui experientia rerum, non eruditio
ne sapiunt. Simile Horatianum illud de Offello. Rusticus anormis, la-
piens, crallacq; Minerua doctus.

Dormientis rete coepit. ἐνδυτή κύρτος αἴρει.

A piscatoribus translatum, quibus & dormientibus, retia pisces ca-
piunt. Coherbit in eum, cui res stulte instituta, bene tamen uertit, cuiue
citra operam boni quippiam obuenit.

Cothurno instabilior. ἐμπέτεσολώτορος κοδόρυς.

In hominem librica, ancipitiq; fide dicitur. Nam Cothurnus calcia-
menti genus est utrilibet pedi conuenientis.

In quo ueritas.

Ἐν δίνῳ ἀληθείᾳ. *Vinum enim cuiusq; ingenium arguit. Alcibiades in Symposium Platonis. Quæ uero sequuntur, non prius auditis, q; proverbiū illud recenuerim. Vinum & cum pueritia, & sine pueritia esse ueridicū.*

Ab Asino lanam, & πόδας τόκας γιτέος.

Simile est Plautino illi. E pūmice aquam postulas. Necq; enim est ab Asino lana expectanda.

Spartano liberior, ἐλεύθερωτός Σπάρτης.

Spartani em generoso, minimeq; seruili ingenio fuisse perhibentur.

Ventus necq; nauigare sinit, necq; manere.

Ἐν δίνῃ τῷ λέπῃ διεμοσ δίτῃ μίμησης.

Eundem habet sensum cum Terentiano illo. Auribus lupum teneo.

Iupiter absq; filius Ζεὺς ἀρος,

De inopinabiliā incredibiliāq; dicentibus. Simile est Horatiano illi. Nihil intra est oleam, nihil extra est in nuce duri.

Ollæ amicitia. χρήστης φλία.

De his dici solitum, qui uenit cauila fiunt amici, quos mensæ amicos, sapiens quidam appellat.

Doliaris uita. λακτιστικής

Eftuita frugalis, minimeq; ambitiosa. A Diogenis dolio sumptum adagium.

De gustu iudicare. ἐκ μυματος γνώσκειν

Ex leuicula re, maiorem coniecuram facere.

Veler sex, uel tres taxilli

ἢ σέξ ἢ τέσ κύροι. I. Ter uel sex, uel tres taxilli. Ab iis dici solitum, qui extrema uolunt experiri, ut aut oia uincant, aut amittant oia. Inter sex talos summa uictoria confitebat, in tribus nulla.

Sylofontis chlamys. οὐλοσῶντος χλαμύς.

De ueste ambitione dicebatur. Sylofon em Dario, priuato adhuc uitem quandam pretio inestimabili donarat, Cuius munera memor, creatis rex, illum ab exilio restituit.

Equis me portat, rex alit.

Ἴππος μὲ φέρει βασιλεὺς μὲ φέρει. id est, Equus me portat, rex me alit. Græcum adagium, qui alieno sumptu molliter & magnifice uiuent. Quod a milite quodam Philippi regis natum ferunt, qui a matre monitus ut missionem peteret, hunc in modum responderit. Idem Hera. Aristippo tribuit in epistolis. Rectius hoc & splendidius multo est, equus ut me portet, alat rex. Quo in loco Acron puerbi ei admonet.

D. ERASMI

Corchorus in lachanis, Graculus
inter musas. Anser inter olores

Kόρχορος ἐν λαχάνοις. i. Corchorus inter olera. In eos dici soli
tumq; cū infimæ sint conditionis, maximis tñ equari uolunt. Estem cor-
chorus apud Plyniū, oleris genus uilissimū. Nec huic dissimile Gracu-
lus inter musas. Et V irgilianum illud. Anser inter olores.

Temessus Genius. **Τέμεστος Λύτρων**

Resert Paulianas in Heliacis, Temesse comite quendā Ulyssis ob uit-
arū spes dī-
ginē constuprā oculum atq; ob id laruas eius, nisi placarent q̄itorā
nis oblata uirgine, grallari solitas, ac perniciem ad terri omni atati ac
sexui. Uc̄ Genus eius loci creditus est. Hunc Euthymus pyc̄es, id est
pugil, Temessum reuerlus copulauit uirgine quam deuouerant libera-
ta, atq; in matrimonij accepta. De eodem ita meminit Ellanus. Euthy-
mus, inquit, Locrus ex Italia, pyc̄es inclitus & robore insignis fuit, la-
pidem gestabat ingenti magnitudine, qui locis ostenditur, & Temesse
um heroa, quod cuiq; per uitam abstulerat, reddere coegit, etiam cum fo-
nore, ut inde natū sit adagium, his qui sordidos & iniustos quæsiū fa-
ciunt, affore Temesseum Gentium, id est dependenda cum foxore, quæ
præter ius abstulerint.

In lenticula unguentum.

Apud Aul. Gel. li. xiiii. ca. xxviii. depravate legitur hoc adagiu-
tu. τὸν ἐπ τῷ Φακῇ μύρον, quod hunc in modū emendat Hermola-
us. τὸν ἐπ τῷ Φακῇ μύρον i. In Lenticula unguentū. Est aut lenticula
leguminis genus lenti pl̄smile, sed diuersum. Dici cōuenit in eos, q̄ item
per se rectam, non apre, necq; in loco agunt, sic em Fronto apud Gel. ui-
dere tñ, inquit, ne existimetis semp, atq; in omni loco mortales multos
pro multis hoib; esse dicendū. Ne plane fiat græci illud de Varro
nis satyra puerbiū, τὸν ἐπ τῷ Φακῇ μύρον. Nisi forte lenticula
pro uasculo malimus accipere, ut runq; enim ea vox significat.

Inexplebile doliu, Pertusum dolium. **πέτυσα πίθη**
Vtrunq; a Belidū puellarū supplicio tractū. Prius in audios & rapa-
ces dicit. Posterius in obliuiosos, qibus quicqd eruditiois infundit, pro-
tinus effluit. Ab eadem fabula duat & illud, qd hodieq; vulgo pse-
uerat. Cribro aquas haurire. Plato de repu. lib. ii. Injustos cœno qdam
apud inferos obruiunt, & aquam cribro ferre cogunt.

Odi memorem compotorem.

Hanc siuam quoniā Epigr̄maticus poeta, græcis uerbis carminī in-
seruit, non dubitandū arbitror, quin fuerit puerialis. Inserviūt eodem
mō Pythagoricū illud, Candide **Κοινὰ φίλων**, haec sunt tua car-

dide ~~τάχα~~. Et Iuuenalis Apollinis oraculu in tertexuit. Ecce descendit. ~~γένθι στρατόμ.~~ Martialis Epigramma notissimum est in Proculum, qui inter pocula iussus postridie coenatum uenire, uenit serio, perinde ac si inter uina dicta pondus habere debeat. Id Epigramma hoc tueru clauditur. μισθί μυαμοντα σημ πότερη Proculle, id est, Odimemorem compototem procille.

~~illo~~ Enigma Spinius Oedipo propositum.

Quid est, q̄ primū quatuor pedib⁹, mox duobus demū tribus ingreditur. Hō, Is em puer manib⁹ q̄c nitr, ut fererigat, deinde duobus pedib⁹ se sustinet, donec decrepita etas tertii pedem addat. i. bacillum.

~~Contra retiarum ferula.~~

Dom. Calderinus prouerbium fuisse admonet, in eos qui infirmo prædictio, contra maxime instruictum pugnarent. Quod si uerum est, si simile fuerit illud. Leonem testuca conaris occidere, quanq̄ idem patilo post alio delabitur, gladiatores olim si minus placuerint. Ferula, cælos eiicis solitos. Martialis in epistola hæc sunt. Deniq̄ uideas, an te delectet contra retiarum ferula, id est an ne sciendum tibi putes, quod nemo non damnet, atq̄ exhibeat.

Patres nostri comedérunt vuam acerbam.

~~10~~ Est in propheticis literis hebraicis ad agiū hmōi. Patres nostri comedérunt vuam acerbam, & dentes nostri ob stupuerunt. Quo licebit utili quoties significare uolemus, aliū in noxa esse, & aliū penas pendere. experti in non puniē supplicium, non ab his, qui nos leserunt sed iis qui referre negueant. Eandem habet sīnam, quod uulgo iactat, sūcula plerūq; luere, si quid scropha mater peccauit.

In expuentem recidit, quod in cœlum expuitur

~~εἰς τὸν οὐρανὸν τοξεύειν~~

Græcis hmōi sīnam, pueriale fuisse Francis Philel, est author. In expuentis os recidere, quicq; d in cœlū expuitur. Quo uerbo monemur & festinuerit, & grauifer, ne uel superis, uel poteribus maledicamus. Huic modi enim uoces, per iugulū se re dire solent. Negritū est eos contumelia prouocare, qui possunt nutu perdere.

Scindere glaciem

Apud eundem est, pro eo quod est in nondum tentata, uiam aperire. A nauiculariis translatum, quorū unus aliquis, cæteris audacior p glacie concretum amnem, nauim primus agere consuevit.

Manum de tabula

Illud aut̄ quod est in Ciceronis epistolis, heus tu Manum de tabula, magister adest, c̄tius q̄ puerarum, prouerbiale fuisse dubitandum nō est, verum quem habeat sensum, aut unde sit sumptum, parum liquet.

D. ERASMI

Tametsi scholis mihi quidem natum uidetur, a pueris, qui declamatione reddituri, p̄ceptoris interuentū metuunt, ne tū scribentes adhuc, opprimantur, cum iam debeat ad recitandum esse parati.

Nihili cotio est.

De his qui in posterum pollicentur, nihil autem donant in presenti.

Plautus. Vetus est, Nihili cotio est. Quid autem sit cotio, Gellius expōnit. Nam ueteres per uulgatē Cotionem dixere Ariolatorem. Quod autem alii legunt coactionem, id neq; carminis ratio patitur, nisi uocalem elidas.

Transuersum unguem, Latum digitum

Legitur in ep̄lis Cice, etiam hoc. Urge igitur transuersum unguem (quod aiunt) a fallo, qd quidem paruma nobis legentibus intelligi non est mirum, quando ipse qui scripsit intelligi, nistab uno noluit. Illud ne mo necit, q minimum spatium, digito proverbialiter significari solere ut apud Ciceronem in Verrem. Digitum non dilcedebant. Et in Aula la Plautinus Euclio. Si tu Hercole ex isto loco digitum transuersum, aut unguem latum excesseris, curfermo a Fabris translatius uidetur, quos opera tua digitis latis metiri notissimum est, ut fugerū menores, agros pedibus metiuntur.

Scyllam defugiens in Charybdim incidi.

Notissimum adagium, quo notatur eorum imprudentia, qui in utra uis partem nimis sunt uehementes, sic aliud malum fugentes ut in aliud grauius incident, ut si quis metuens, ne prodigus habeatur, in fodi di hominis notam ueniat. Hora. Nam frustra uitium uitaueris illud. Site alio prauum detorseris. Quadrat item in eos, quidum hoc infortunium uitare student, in illud deuoluuntur. Translatum est proverbiū a nauigantibus, qui dum incautius scopulum defugiunt, in Charybdim abripuntur. Estenim utrumq; marinum periculum, uerum alterum ab altero diuersum. Quippe Scylla quoniā extat, nauim elidit, Charybdis immēnſa altitudine absorbet.

Jungere uulpes. Mulgere hircos

Quod est apud Vir. in Palæmone. Atq; idem iungat uulpes, & mulgeat hircos. Pastorib; in proverbio olim fuisse uideri potest. Nam rus sapit haud urbem. Dici couenit in eos, qui insanum quipplam, ac uehementer absurdum molunt. Precesserat enim. Qui Bauum non odit amet tua carmina Meū. Cum utrūq; insanum sit, uel Bauum mirari uel Meūq; delectari. Tantidem idem habet insanū, uel uulpes tauros in morem aratro subiungere, uel ex hirco lac uelle exprimere.

Caligare in sole

Apud Fabium legiur. Quadrat regissime in eos, qui ingenii uitio in rebus clarissimis perinde, ut in difficultissimis cæcutiunt, ut si, quibus

Ciceronis oratio tenebris uideri solet, qui ex authoribus, ut quisq;
scripsit optime, ita intelligunt minime, & in libris tenebras esse causant
cum ipsis in oculis tenebras secum ferant, ut nihil illis non obscurum esse
possit. A cæcis ductum est, aut certe a noctuis, aut deniq; a lusciosis, quo
rum oculis lumen ipsum solis pro tenebris est. Etenim quibus id uitii est
plus noctu, q; lucē uident.

Balbus balbum rectius intelligit.

Hiero. in epistola ad Domitionem huiusmodi dicitur, monachi cu
iusdam scutitiam tangit, haud scio festiuus ne, an acrius. Et id circō in
quit, se eruditum pūtāt, quia Iouinianum solus intelligit. Est quippe pro
uerbiū, Balbū melius balbiuerba cognoscere. Iouiniani uero stilum
portentosum, atq; obscurum, idem Hiero. miris salibus deridet, in præ
fatione librorum, quibus illius errorem coaguit. Id aut̄ prouerbii ex
ipsa natura sumptum fuisse, nemo nō uidet. Cōpetit in eos, qui indec
docti, præter indoctorum libros nihil intelligunt.

Camelum saltare.

Quoties quippiam uehementer absurde, & inuita Minerua, con
traq; decorum fieri significamus, dicimus Camelum saltare. Veluti si
quis natura feuer^o ac serius, elegans ac festiuus haberet affectet. Est apud
diuum Hieronymum. R̄simus, inquit, in te iuxta vetus prouerbium,
Camclum saltantem.

Vt canis e Nilo.

Hoc adagium ex eo apophthegmate natum apparet, cuius meminit
Macro. in pri. Satur. id est hīmōi, post fugā Mutinensem querentibus qd
ageret Antonius, quidā familiaris eius, respondit. Quod canis in Ægypto
pro, bibit & fugit. Nam in illis regionib; constat canes raptu Croco
dilorum exterritos, bibere & fugere. Eo hunc in modumuti licebit, ut
si quem poeticā cursim & leuiter attigisse significemus, eum olime poe
tis hauiisse dicamus, sed ita Vt canes e Nilo.

Herbam dare uel porrigere.

Pro eo quod est se uictum, & alterum uictori agnoscere, passim apud
authores occurrit. Translatū est a cōsuetudine militari. Antiquitus em
summiterat uictoriz argumentū, si uictus uictori herbam porrexisset,
tanq; ipsa etiam terra, atq; altrice humo se cedere significans.

Dare manus

Et hoc militare prouerbium est. Nam qui se uictori dedunt, ne interi
mantur, ultra manus ad uincula offerunt. Horatius in odis. Iamiam ef
ficaci do manus scientia.

Hastam abiicere. In harenam
descendere. Harena cedere

Apud Cicrone est in oratione pro Murena, pro eo quod est causæ

D. ERASMI

diffidere, & contentionem relinquere. In harenam descendere, pro eo quod est certamen inire. Harena cedere, pro eo quod est certamen relinquere, utrumque adagium notius, q̄ ut inculcari debeat, utrumque gladiatoribus acceptum.

In tua te harena supero

Hoc est in tua ipsius arte & studio. Ve ut si medicus contra theologum, de theologia disputans, eum uinceret. Politianus. Et eos in ipsorum (quod dico solet) harena superabant.

Amor nullo magis emitur q̄ seipso

Sententia est non minus lepida q̄ moralis. Seneca. Amatorum efficacissimum ostendens, Vis, inquit, amari ama. Naso. Ut ameris amabilis esto,

In amore mutuum non reddere turpissimum est.

Vt illa ab emptoribus, ita haec a creditoribus mutuata sententia, in amore mutuum non reddere turpissimum est. Nam in beneficiis q̄q̄ saepe fit, ut mutuum reddere, etiam qui uelint nō possint, tñ in amore nemo est, qui mutuum reddere non queat. Vtraq; prouerbii nomine a doctissimis authoribus citata sententia est.

Si vultur es, cadauer expecta

A Seneca positū est, dī solitū in testamento captatores, qui nō aliter q̄ uultures, aliorū morte saginant. In eodem est illud Martialis. Cuius uulturis hoc erit cadauer?

Vltra cornices uiuax

ὑπὲρ τὰς κορώνας βεβιωκός. Hoc est, Vltra cornices uixit. Adagium est, in senē uiuacē. Merula author. Est em̄ cornix auis admodū uiuax. Itidē ut ceruus. Vnde Satyricus quidam uiuacē senectā ceruinā appellauit. Mar. Cornibus oībus superstes. Hora. Seruatura diu parē Cornicis uetus temporibus lycen. Est enim &c.

Non omnibus dormio

Cicero epistolarū lib. vii. Olim Non oībus dormio, sic ego mihi Galle non omnibus seruio. Significat Cicero uetus illud fuisse. Nō oībus dormio, hoc suū & nouū. Non oībus seruio, prouerbii esse. Non om̄ibus dormio Festus Pompeius docet. Merula translatum putat a maritis, q̄ vxores quæstus causa moechis prostituūt, qui somnum assimulant, ut adultero concedant. Iuuenalis. Doctus spectare lacunar, Doctus & ad calicem uigilanti stertere naso.

Et nos ferulae manum subduximus

Apte ab his dicitur, qui se quoq; p̄ceptoribus usos, & literas didicisse significant. Iuuenal. Et nos ergo manum ferulae subduximus. Hiero. ad Domnionem. Et nos didicimus literas, & nos saepe manū ferulae subduximus. Quam sententiam puerialem fuisse ut credam, tum figura ipa

commouear, tum quod Hieronymus ea tam subinde uititur.

Nullus comatus, qui non idem Cinædus.

Οὐδεὶς οὐ μάτης ὄσις οὐ πέρισση ταῦ. Hoc est, Nullus comatus,
qui non idem Cinædus. Celebre græcis fuisse proverbiū Synesius
author est, in eos, qui formæ sunt studiostores, q[uo]d uirum decet, quicq[ue] mu-
liebri cultu delectantur.

Nos nostrum onus, vos clitellas

Pro adagio refert Fabius insti. li. v. obscurius qdem aliquanto. Ex ue-
rto q[ui]am Apollogo natū uide[re]. Is qui Quintilia. emaculat a scripsit
eo significari proverbiū neutrām partem ab s[ecundu]m onore abituram.

Ouum ouo simile, & cætera similitudinis adagia.

Perfecta similitudine his fere modis puerbaleriter significamus. Non
tam Ouum ouo simile, qd est apud Fabiū. Non tam lac lacti simile. Nō
tam aqua aquæ similis, q[ui] duo apud Plautū aliquorū inueniunt. Eius
dem farinæ, proverbiū loco usus est Politia. Et oino eiusdem (quod dici
solet) farinæ, hoc est, eiusdem generis.

Contemptus proverbia

Contemptū ac uilitatē hoc ferme pacto declarabimus, Flocci non fa-
cio. Nauci non facio, utrūq[ue] apud Plautū est, Pilii non facio. Cat. Nō fa-
ciunt pili cohorte. Cice. ad fra. Ego em ne pilo quidē minus te amabo.
Huīus quicq[ue] non facio, in Adelphis. Plau. Vitam tuā uitiosa nuce non
emam. Hæc ut pteunda nō putau, ita admonuisse satis esse existimo.
Plau. Homo trioboli, pro nequissimo, ac nullius præcii dixit. Persi. Nō
tressis agaso. Idem, & centum græcos curto centusse licetur.

Iterum ad eundem lapidem offendere.

Græcū est Δίς πρὸς τὸν ἀντὸν πεσκόθν λίθον. Aptè transla-
tum pro eo quod est, Bis eadē in re peccare. Primus enim error uel græ-
co adagio, imprudentiae condonari solet. Iteratus ueniā non meretur.
Hora, eandē sñiam aliter extulit, metaphorā a cantore sumpta. Et citha-
rodes Rides, chorda qui semp̄ oberrat eadē. Est igit̄ saepius eadē ober-
rare chorda, culpame eandem iterum atq[ue] iterum admittere.

Penelopes telam retexere

Apud Platonē legere memini, pro eo quod est inanem opam sume-
re. Fertur enim Penelope procos hac conditione delusisse, ut tum se nu-
pturam promitteret, ubi telam quam tum texebat, absoluisset, itaq[ue] interdiu
texuisset, id nō sūlū solitam retexere. Poteſt item nō absurdē in
eundem sensum accipi, ut is Penelopes telam dicāt retexere, qui noua
re ac mutare quippiā conaſt in opere optimo, in quo nihil nouari potest
nisi in deterius. Veluti si quis rhetorices præceptra, a ueteribus absolu-
tissime scripta, suo quodam more scribere denuo tenteret.

D. ERASMI

Vimbrā suam metuere, τὴν ἀετὸν σκιὰν δεμαλύνειν

Dicit, quis sine causa metuit, & ibi pueriliter periculū timet, ubi nihil est periculi. Apud Plau. prouerbii loco refert. Cice. ad fra. de consulatu petendo. Alter uero quo, dīi boni, splendore est. Prīmū nobilitate eadē qua Catilina. Num maiores? Non. Sed uirtute. Quamobrē, qui manū umbram suam metuit, hunc negliges quidem &c.

Manum non uorterim

Apud Apuleium est. In apologia magiae, pro eo quod est nihil laboro, nihil mea refert. Velluti si quis dicat, indocti laudent, an uituperent Manum nō uorterim. Plautus pro eodem, suscip̄ dec̄ fero dixit,

Pingui Minerua.

Aulus Gellius nocti. Attic. lib. xiii. ca. i. Sed coniectari, inquit, paucā quādā, ut uerbo ipsius utar, περὶ χούμεγέστερον, id est Crassius & pin-
gui Minerua. Idem lib. xii. ca. v. Noitti em credo uerbum illud uetus &
puulgratū. ἀμαδίσθροπ τῶς ἐπ. καὶ σφέστερον λέγε. i. indoctius
rudiusq; quodammō loquere, & apertius ac clari^o fare. Hora. in sermo-
nibus. Rusticus anormis, sapiens, crassiq; Minerua. Philosophū signi-
ficans rusticius philosophantem & crassius, legitur item s̄epicule apud
uenustos authores pinguiore formula, id est planius atq; intelligibilius
ut faciunt ii, qui Aristotelicam disciplinam pueris, suo modo, suisq; uer-
bis tradunt, utiq; crassioribus.

Emere malo q̄ rogare.

Proverbiale sermonē fuisse Cice. ipse testis est, qui eo in Verrinis est
usus, eti Apul. in floridis tangē exponit his uerbis. Negem̄ leuis merce-
de emir, qui precaf, aut paruit preciū accipit, qui rogat, adeo ut omnia
utensilia emere potius uelis, q̄ rogare. Porro morem fuisse antiquitus, a
tūcīnis rogare supplecilem cōmodato, quā ipē domi non haberet, ex
Plauti cum Aulularia, tum Rudentibus licet cognoscere.

Vino uendibili, suspensa edera nihil opus.

E medio sumptū uide ē, & recentius. Hoc em̄ tēpestatis uinariū staber-
nis hraōi signū pretendit. Apud Politianū legiſ. Quam s̄niām Plautus
in pœnulo lepidissimis uerbis extulit, inuendibili merci oportet ultro
emptorem adducere. Proba merx facile emporē reperit, tametsi in ab-
ſtruso sita est. Sensus est, ueram uirtutem non egere alienis præconiis. Ea
laudatoris egere, quæ per se parum sunt præclara.

Amicitię personā oportet detrahī.

Apud eundē legitur, quo nihil dici potuit uenustius, persona nanc̄
faciem hominis repræsentat, at ueram tegit, falsam prætendit, unde fa-
cerissime in Cæsarem Seneca, ut personam, inquit, quam faciem ma-
lit. E medio quidem & hoc sumptū uideatur, monetq; inter amicos ni-

hil esse oportere fictum, nihil non uerum ac simplex.

In se descendere, Manticam in tergo uidere.

Persius. Ut nemo in se tentat descendere, nemo. Sed precedentis spe-
catur manticam tergo. Vt truncus prouerbialiter dixit Satyricus poeta,
& in se descendere, i. ppria sua & uitia inspicere, & manticam in p̄ce-
denti tergo spectare, pro eo quod est aliena uitia uidere, uerum illud
prius unde sumptū sit, nō satis liquet, nisi forte a fodinis, hoc posterius
ex & sopi Phrygīs apoloquo dā natū fuisse Politianus mōstrauit, in
quo scribit singulos homines binas habere manticas, alteram ante pe-
ctus, alteram a scapulis tergo & propendente. Sed in priorem inquit,
aliena uitia initim⁹, in posteriorē nostra. Eam quae in pectore est, assi-
due uidemus, eam quae in tergo, tametsi multo maiorem, negligimus
tamen, quia nunc uidemus. Catullus. Sed non uidemus manticas quod
in tergo est. Hora. Respicere ignoro discer pendentia tergo. Hiero. Sed
illa est uera inter amicos reprehensio, si nostra opera non uidentes, alio-
rum, iuxta Persium, manticam consideremus. Eudem habet sensum
euāgelicum illud adagium de trabe & festuca. Hiero. in quendam alie-
nis uitiiis obtrectantem, sua dissimilantem. Qui per trabem, inquit, oculi
sui, festucam alterius nitatur eruere.

Aethiopem dealbare

Græcum adagium, Αἴδο με λειτουργεῖν. i. Aethiopem dealbare,
pro eo quod est rem foedam, oratione uelle speciosam efficere, quod fa-
ciunt hi, qui materias infames declamitant, aut ea laudent, quae uitupe-
rio sint dignissima. Aut hoc ipm, aut certe simillimum est illud & græ-
cum Aethiopem lauas, αἴδο με οὐκ χεισ.

Quibus inanem operam significamus

Lauare laterem, πλύνθω πλύνειν. Arare harenam siue littus,
apud idoneos authores inueniunt, pro eo qd est, inanem opam sumere
Vt item illud comicum. Actum aiunt, ne agas, & Plautus, Rem actam
agis, Nugas terere, tum apud comicos gl̄xepe, tum apud alios nōnunc⁹
pro eo quod est nihil agere.

Os sublinere, Dare uerba, Addere manum.

Sæpicule apud Plau. pro decipere dolis, Os mihi p̄be sublitum est.
Dare uerba, pro decipere notissimum est. Illud in usitatu, quod est apud
Plautū in Persa. Quid aīc⁹ crux, stimulorū tritor, quō me hodie uersa
uiti, ut me in tricas cōfecisti, quō de Persa man⁹ miti addita est, & apud
eundē in pœnulo. Ego faxo post hac, dīi, dēxq; ceteri cōtentiones ma-
ge erunt, atq; audi minus, cum scribunt, Veneri ut addiderit leno-
num. Etiam si hoc loco adierit scribitur, non addiderit.

Vt possumus, quando ut uolumus non licet.

D. E R A S M I

Ζῆμις οὐδὲ ὡς θέλομεν, ἀλλὰ ὡς σωσάμεθα. i. Vivimus non ut uolumus, sed ut possimus. Ita Terentiana Mysis in And. a. Crisone rogata, ecquā Athenis uitā agerent, uerecunde seni meretriciū q̄stū confitens, ut possimus, inquiunt, quando ut uolumus non licet,

In astu aliud ex alio malum uenit.

In urbibus, bona ingenia ad nequitiam adducuntur, & malum quotidie ex malo propagatur.

Sine capite fabula

ἀκέφαλος μῦθος. i. Sine capite fabula, dicit sermo lascivus & impudicus, cui ueter & nates inhoneste partes adsint, capit uero minime. Plaro. Relinquo, inquit, Sine capite fabulam.

Alius sementem fecit, alius messem.

ἀλλοι μὴν τετραστηρ, ἀλλοι δὲ ἀμφισσαντι.

Græcum est in eos, qui aliena possident. Qui uex alienis laboribus sibi gloriam comparant.

Aethiopem lauas.

ἀνθίο πατρικής. i. Aethiopē lauas, cōuenit ī eos, q̄ inanē opam su Puluerem edis. (munt.

κόνιη στίχεις id est, Puluerem edis, dicitur in edaces, plurimiq̄z cibi homines, nihil tamen inde habitiōres.

Vulpis, sed contra uulpem.

ἀλωπεκής πρὸς ἐτέραν ἀλωπεκα.

Græci itē adagiū, q̄ dolis appetunt dolosos. Quod hodieq; uulgo dicit. Simia uulpi conat imponere, cū utruncq; anial sit callidissimum.

Ventos colis

ἀνέμος κυργῆν. i. Ventos colere. Est inutilem opam capere.

Carbonum thesaurus

ἀνθρακες ὁ θησαυρός. i. Carbones thesaurus. Dicit in eos, q̄ magnū qddā speratē frustati sunt. Luci. Carbonū mihi thesaurū ondisti.

Ex tardo aſello equus prognatus.

ἀπὸ βραχυσκελῶν ὕψων ἡ πόρση.

In eū cōperit, q̄ ex obliuio ḡnē nat⁹, clarus euālit, græci est adagiū.

Inempētū mancipium, uel cū sale emptum.

Si quando uillissimū nullius rei uirum signif. care uolumus. Inempētū mancipium. Græce. ἀλωπηρ ἀνδρα πόδη. Menander. Trax es generosus cum sale emptus.

Calabri hospitīs munera

In eos dicitur, qui amicis donant, quæ ipsi contemnunt. Calabri em̄ quoniam pīris abundant, hospitībus pīra affatim apponunt, sacrosq;

domum auferre iubent, quod si illi recusent accipere, porcis obiicitur comededa. Hora in epistolis. Non quo more pirus uesci Calaber iubet hospes, Tu me fecisti locupletem, uescere sodes. Nam satis est, at tu quantum uis tolle benigne. Non inuisa feres pueris munuscula paruis. Tam teneor dono, q̄ si dimittor onustus. Ut lubet hæc porcis hodie comedenda relinques.

Semper ad pocula Leontini

ἀεὶ λεόντιοι πᾶς τὸς κρατῆρας.

Leontini assiduis compotationibus gaudebant. Quos ubi Phalaris bello uicisset, pocula eiecit. Inde natū adagium. Semper circa crateras Leontini, græcum est.

Inaniter aquam consumis

Primitus in patrōnos garrulos & ineptos distū, quos ad clepsydras dicere solitos constat. Ab his in mūciloquos uaniloquosq; translatum est. Græci sic efferunt ἀλλως ἀναλογεις οὐδεις.

Vtremuerberas.

De stulte laborantibus Græci hīs quidem uerbis dicebant. ασκὸν μὲν φεις, ασκῷ φλωείης.

Tandem mus picem gustauit. ἀρπή μῦς πίστης γενόμενος. In eos dicebat, q̄ experiendi cupiditate, in magnū aliquod malū in eidissent. Mus em̄ si quando in picem incidit, emergere non potest.

In mari aquam queris

Ibi queris pīnde, ac si difficultis sit inuentu, ubi nihil aliud licet inueniri. Quid em̄ in mari aliud est q̄ aqua. In eos cōuenit, q̄ in his authorib⁹, unum, aut alterū uiciū inquirunt, in quibus uitiosa sunt omnia.

Ignorat quid inter sit inter æs & lupinum

Id est, non habet discriminē inter optima & uilissima. Nā pecunia nihil p̄ciosus. Lupino nihil uilius. Nec tñ ignorat qd dīstent æra lupinis.

Cantilenam eandem canis

Hoc est, iam millies dicta repetis. Teren. in Phor. Cantilenā eandem canis. A peruetustis ac s̄epenumero auditis contionibus translatū est.

Aliquid suo assuet capiti

Vbi cauendum a quopiam monemus, ne quid incōmodia afferat. Teren. Heu metuo leonem, ne quid suo assuat capiti.

Sui similis est

Et in bonum & in malum sensum dīci accipi q̄ potest, ubi quis aliquid se dignum facit, uidelicet cum meretrice impudenter loquitur, leo peierat, fictus dissimulat, detractor obloquit, glorioſus ostentat, liber amicus recte monerat, erudit⁹ erudit⁹ dicit, simplex simplic⁹, modest⁹ modeste. Contra superiurum aliqui quod iurauit præstare contingit, ibi

D. E R A S M I

sui dissimilis dici potest. Teren, Quā uterq; dissimilis est suis? De lenone dictum ac Phaedria, altero blandissimo, altero audiissimo.

Defraudare genium.

Est naturę necessariis nō nihil subtrahere. Apud eūdē est Comicū.

Naturam expellas furca, tamen usq; recurret.

Horatianus est uersus in ep̄lis. Non facile dediscunt, quæ natura nobis indidit. Teren, Rursus ad ingenium redit.

Cœlum, nō animū murant, qui trans mare currunt.

Id est, frustra locum mutauit, qui eundem animum retulit.

Vilis amicorū est annona bonis, ubi quid deest.

Facile habentur amici qui petant, qui dent perq; pauci.

Oprat ephippia bos piger, oprat arare caballus.

Mire dictum in eos, qui experta fastidiunt, oprant inexperta.

Cura esse quod audis

Id est, Cura talis esse, quale te hoies p̄ assentationē p̄ dicant. Hora. ad Quintū. Tu recte uiuis, si curas esse, qđ audis, lactam? iampridē ois te Roma beatum. Sed ueroior, ne cui de te plus, q̄ tibi credas.

Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq;

Suspectos laqueos, ad opertū miluius hamū

Tres metaphoræ uenustissimæ, mire in eos cōuenientes, qui mali me tu a maleficio se continent, alioquin peccandi percupidi.

Cæcus cæco dux. τυφλὸς πτυφλῷ οὐδηγός.

Evangelicum ad agiū in eos, qui indoctū docere conant, indoctū ipsi Simile est Horatianum. Cæcus iter monstrat. Ita enim ad Seuam scribit ut si cæcus iter monstrare uelit, tamen alspice. Quod perinde dicitū, ac si sus Mineruam dicas. Porphyrius monet.

Odit cane peius & angue

Hora. Alter Miletī textam cane peius & angue Vitabit chlamydē.

Sed tacitus pasci si posset coriūus, haberet

Plus dapis, & rixæ multo minus inuidiæq;

Ex Apologo quopiam de coruo & uulpe sumptū, nōnulli hoc puer biūm putant, etiā si non, pbat Porphyrius. Et aut hmoī sūnia, ut si qđ minus a diuitiis accipiam, eo taciti sine strepitu fruamur, hoc modo & sœpius accepturi, & citra inuidiam possessuri.

Sine cortice nabis.

Proverbialiter ab Hora, positū Acron admonet. Transumptūq; ab his, qui cum natare prīmū discunt, corticibus uentri subligatis natant. Deinde exercitatores sine eiusmodi adminiculo natare incipiūt. Plaus in Aul. Qua si pueri, qui nare discunt, scirpea inducitur ratis. Qui laborent minus, facilius uenient, & moueant manus. Hora. Simul ac dura uerit ætas. Membra animumq; tuū, Nabis sine cortice, id est citra custo

dem & paedagogum. Ipse te reges ac moderabis.

Aegrotus dum spirat sperat.

Cicero ad Atticum, Ut ægrotum dum anima est, spes esse dicitur. Sic ego, (quoad Pompeius in Italia fuit) sperare non destiti. Ex ipsa re sum ptum adagium, in eos dici potest, qui in rebus afflictissimis spem tamē haud unquam abiiciunt.

Patere & abstine

Epicetetus philosophus, uniuersam uiuendi rationem duobus uerbis complexus est. ἀνίχεια & πένια, id est, Patere & abstine. Quorum altero monemur, ut mala patenter toleremus, altero ut uoluptibus interditis temperemus. Eiusdem est in philosophorū uulgus dictum. ἀνεύ τῆς περιττείας, μέχει τῆς λεγεού, id significat factis pcul, uerbis tenus. Id est, in blandos, sed fictos amicos dici potest.

Aedibus in nostris quæ prava aut recta geruntur.

Hunc Homericū uersum Socrati puerbi uice in ore semp fuisse Aul. Gellius scribit, ὅτι τοι εὑρίσκεται κακὸν ἀγαθόντε τέτυκται; Aedibus in nostris, quæ prava aut recta geruntur. Quo verbu mone- mur, ut ea modo quæ ad nos pertinent curemus, externa aliena ne inquiramus.

Coturnix Herculem seruauit. ὅρπης ἐσωσθεν ἡρακλῆς.

Dici solitum, ubi quis praeter spem seruatus esset.

Ira tardissime omnium senescit

Græcum adagium. ὁ θυμός τοῦ χατζηού μηράσκει.

Ne in cœna quidem laudaberis

οὐκ ἐπανεδίκεις οὐδὲ εἰπειπενο.

In hominem uehementer inuisum. In cœnis enim funeralibus defun- ci laudabatur, etiam si parum meruissent uiri. Præterea græcis in usu fuisse uidetur, ut in symposiis se laudarent, quemadmodum Alcibiades Socratem apud Platonem.

Asinus in apibus ὄνος εὑρισκεῖται.

De his quæ parum fœliciter cadunt.

Omnem mouebo petram

Omnem mouebo lapidem. Vtruncq; enim apud Græcos intueni. πάντα κινήσω πέφεομ. id est, Omnia experiar, nihilq; intentatū re- linquam, donec uolo effecero.

Ante victoriā laudes canis.

Πρὸ τῆς νίκης τὸ ἐγκώμιον ἀσθεῖ. Qui rem nondum per- etiam laudant.

Frustra canis. πες λευκὴν τάχαστ.

D. E R A S M I

Defrustra suadentib⁹. A cātoribus translatū, q̄ canētes nō audīunt.

Imperatorum multitudine Cariam perdidit

Πολλοὶ σεατηγοὶ τὴν καρέιαν ἀπώλεγον

Græcum adagium, quo significatum est, male rem geri ab his, qui in
ter se dissentunt, neq̄ quisquam alteri concedit.

Sine rituali diligere.

Id est, amare, quod nemo aliis appetat. Veluti Simia catulos suos
miratur & amplectitur, sed sola, apud Ausonium legitur.

Pedibus in sententiam discedere

A curiæ cōsuetudine ductum, idem est quod alterius sententiam ap-
probare consentiendo.

Mus malus Μῦς λαχος.

Græci dicitū in lasciuū & salacē hoīem. Murē em̄ salacissimū esse Eli-
anus multorū testimoniis authorū docet. Vñ amatorio blandimento
amatores, quemadmodū passerculæ, columbulæ. Ita & mures uocant,
Mar. Nam cum me murem, cum me tua lumina dicas.

Nunquid & Saul inter prophetas.

In Malachor libris notissimā historiā de Saule, dī paternas asinas
q̄rit, repēte, ppheticofurore, arrepto, ita ut inter reliq̄s, ppheras nudus
saltaret, & uaticinaref, in puerbiū Hebræi uerterūt. Commodo eo vte
mur de repēte mutatis, siue in eos, q̄ dissilibus cōuiuunt, ueluti si miles
inter monachos, aut poeta, inter theologos neotericosq̄uersaref.

Facies tua computat annos.

Apud Iuuena, in anū libidine iuuenculā. Dicī pōt in eos, qui iuuenes
uideri cupiunt, frontis rugis reclamantibus. Quod ideo ascribendū pu-
taui, quia prouerbii speciem quandam præse ferebat.

Mare cœlo confundere.

Est omnia permiscere sine ordine. Quod Græci dicunt, ἀνε-
λάτω. id est sursum, deorsum, quod nonnulli latinorū susq̄ deq̄
dixerunt, nihil referre quid sit significantes.

Ignorat quid intersit inter caput & inguen.

Aut est puerbiū, aut puerbiū certe simillimū, qđ de muliere ebria scri-
psit Iuue. Inquinis & capitis quæ sint discrimina; nescit.

Qui semel scurra, nunq̄ paterfamilias.

Porphyriion in Horatiū prouerbii suisse admoner, vtif & eo Cice.
in actione quadam, dicens recte vulgo dici, ex scurra diuitē quidē fieri
posse, at patremfamilias non posse.

Intus & in cute.

Prouerbialis sermo idem significans quod penitus, Persius Saty. iii.
Ad populum Phaleras, ego te intus & in cute noui.

Iouem lapidem iurare

Est quantius sancte deierare, a feriendi fœderis ritu sumptū, qd a patre patrato lapide manu tenente, cōceptis uerbis pronunciabatur

Circulum absoluere

Est omnibus numeris, ac partibus quippiam perficere. A cyclo illo & orbe disciplinarum deducum uideri potest.

Cimmeriae tenebræ

Cimmeriorū regio in Scythia a Cosmographis collocaſt, æternis te nebris damnata, cui solem nunq̄ oriri scriptit Homer. in qua nō ineruditus poeta Ouidius summo Deo facetissimis uersib⁹ regiā ædificauit. Huius regiōis obscuritas in puerbiū abiit, qd Laclan. usus aptissime est in diuinarii insti. li. iiiii. Octecū pectus, o mentē Cimmeriis, ut aiunt, tenebris atriorē. Quē ueluti æmulatus Hiero. Rogo, ingt, quæ tanta est cecitas, & Cimmeriis (sicuti aiunt) tenebris inuoluta.

Muti magistri

Mutos magistros libros prouerbialiter olim nominabant. Docere enim possunt, loqui non possunt. Et qui legendis modo eloquentiū scriptis, eloquentiam sunt cōficiuti, hi gloriari possunt se a mutis præceptoribus dicendī artem dīdicisse. Aul. Gel. li. xiiii. ca. ii. Quoniam uocis (ut dicitur) uitæ nimia penuria erat, ex mutis (quod aiunt) magistris cognoscerem, nimirum libros innuens.

Non omnia pari filo conueniunt

Pro puerbio Picus Mirandulanus prulit. E remedio fortasse sumptū. Quo significamus non oēs dicere oia. Necq; oia oēs posse, ut scripsit Bucolicus poeta, sed minime bucolice.

Intra tuam pelliculam te contine.

Porphyrius inde sumptū puerbis putauit, qd doctores in pellibus dormitent. Pot & ab apologeto notissimo tractū uideri, qd asinus leonis sibi pelle adoptauit, qd res illi magno fuit malo, Hora. Et merito, qm in ppria non pelle qd essem. Quo uerbo monemur, ut p sua qsc conditio ne nos geramus. Martia. lib. iii. in tutorē quendā, qd prius in summas di uitias, fortunæ fauore subiectus, ut uenti erant, ita uelut in altū susluit, deinde ad pristinā rursus inopis, largitionibus suis redactus, ut nihil iā nisi Cerdō esset. Lusisti, ingt, satis, sed te mihi crede, memento. Nunc in pellicula Cerdō tenere tua. Plau. Milite factabundū & ostentatorē magnificū Elephantino corio circumiectū scribit non suo, siue qd stolidū significaret, siue quod maiora, qd pro facultate loquentem.

Siculæ gerræ, Persæ nugæ. Lyrae lyrae

Festus Pompeius scripsit gerras græce crates significare uimineas eamq; uocem pro nugis & rebus ineptis leuibus qd usurpari uulgo coepit, hoc modo. Athenienses cū Syracusas obſiderent, & crebro Ger

D. ERASMI

